BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
29 C
10

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

85
B
11

Digitized by Google

VITA, AC MIRACVLA S. CANVTI MART. REGIS DANIAE, VEL DANEMARCIAE,

IN QVA SIMVL LACONICÈ EXHIBETVR Hiſtoria Sanctitatis admirabilis, glorioſi Martyrij, & Heroicæ Virtutis Regum ac Principum illi Sanguine coniunctorum.

PER PATREM MAGISTRVM
ANDREAM ANGELETTVM
Romanum Carmelitam, Saxoniæ Prouincialem.



BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

ROMAE;
Typis Iacobi Fei Andreæ filij. M. DC. LXVII.

Superiorum Permiſsu.

Digitized by Google

SANCTISSMO DOMINO NOSTRO

CLEMENTI
NONO
PONT. OPT. MAX.

INTER tot Regnorum, Nationum Populorum, Prouinciarumque agmina fæliciſſimæ tuæ electioni, & ad auguſtiſſimum Diui Petri Apoſtolorum Verticis Solium Euectioni, hic in terris applaudentium, &

congratulantium, BEATISS. PATER, è Cęlis in Apoſtolicum Palatium, totius cęleſtis Curiæ, pariter congratulantis nomine, feſtinus accurrit, ille quondam Danorum Rex glorioſiſſimus Sanctus Canutus Martyr Chriſti inclytus, Sediſque Romanæ & Apoſtolicæ venerator ſtudioſiſſimus, Propugnatorque, dum viueret, acerrimus, abolitæ hæreſeos, & infidelitatis profligatæ gloria conſpicuus, Eccleſiaſtici Ordinis Protector, ac in Regno ſuo Propagator indefeſſus. Qui quidem auguſtiſſimus Martyr (cuius vitæ hiſtoria, intra modici huius libri anguſtias coarctata, primò quidem vernaculo idiomate conſcripta, deinde verò, cum hæc lecta compluribus placuiſſet, vt plures haberet non modò lectores, ſed imitatores, communiore latini ſermonis charactere nunc exhibetur

betur) ad Eccleſiam militantem,eiuſ-
que in terris viſibile Caput, ad Te in-
quam, cæleſtis deſignatus Legatus tot
inter plauſus, & tripudia exultabun-
dus accedit : Quòd ex illa Roſpiglio-
ſorum Proſapia nobiliſſima(quæ viros
virtutum decore ſublimes, literis &
rerum Domi, foriſque geſtarum glo-
ria clariſſimos, Orbi produxit, & Pi-
ſtorienſem Ciuitatem, Patriam tuam
incredibiliter illuſtrat)ortus, nomine
CLEMENS NONVS, ad Diui Petri
Solium euectus ſis; quem optabant
omnes, vouebant omnes, cum videli-
cet præclarum ſemper animi ſpeci-
men præbueris in quolibet dignitatis
gradu, necenim vnus hic fuit, ſed
multiplex, ſiquidem gradatim prȩter
illam tuam ad Regem Catholicum
Philippum Quartum, illuſtriſſimam,
& ſumma cum dicti Monarchȩ,totiuſ-
que

quê Regni approbatione, adminiſtratam Legationem, Sacrę Rituum Congregationi à Secretis, & Sacræ Pęnitentiariæ Tribunali à Sigillis fuiſti admotus, non ſolum literis ad Principes ſcribendis, ſed etiam eorundem Principum ſecretis tractandis, explicandiſque, in qua functione, poſt Romæ gubernium, Tibi pari omnium Sanctę Romanæ Eccleſię Cardinalium voto traditum, & tua cum ingenti prudentia exactiſſimè expletum, Alexandro Septimo ſucceſsiſti, etiam prius quam purpura conſpicuus eſſes: Poſt denique illam inter Purpuratos, totius Eccleſię Senatores, & Cardines cooptationem ad ſupremum Eccleſiaſtici Culminis faſtigium fęliciter conſcendiſti, ſupremo hoc in terris honoris apice, adeo dignus, vt in illo Pontificiæ electionis Conclaui, in quo Cælo-

rum

rum Claues Alexandri Septimi mani-
bus commiſſæ fuere, Tu quoque non-
nullorum in Te conſpirantibus ſuffra-
gijs, Pontificali Tiara dignus exiſtima-
tus fueris, priuſquam purpura fuiſſes
inſignitus. Nec mirum: Nam ille au-
reus illibatę integritatis candor, illa
nullo vnquam in munere obliquata
animi rectitudo, illa ſuauis quidem,
ſed plena maieſtatis lacteſcentium mo
rum illecebra, effecit, vt prius quam
purpuram ab Alexandro VII. tanta
cum exiſtimatione virtutis accepiſſes,
aliqui Purpurati Patres, tot inter ca-
na virtutum Capita vnum Te delige-
rent, cui ſupremum in terris regimen
deſtinarent, quo nimirum pręſenti
electioni tuæ euidenti nimis omine
præluſum fuit; Iam enim tot nimirum
Tibi comparatis eximijs apud Deum
meritis, Sanctus eras, antequam Pur-
purati

puſati Patres Te Sanctiſſimum procla-
marent. Fortunatiſſimus igitur dies
eſt, candidoque dignus notari calcu-
lo, quo tantus Eccleſię datus eſt Spon-
ſus, & Pontifex Sanctus, innocens, im-
pollutus, ſegregatus à peccatoribus;
Excelſior Cælo factus. In hoc ergo
Apoſtolico Throno conſtitutus, ne de-
digneris Cælitus deſtinatum Lega-
tum, & hoc libro delineatum ſuſcipe-
re, eiuſque nomine vniuerſam Car-
melitarum Antiquæ Obſeruantię Re-
ligionem, quæ tuam inſignem benefi-
centiam non ſemel perſenſit, & grata
mente recolit, cuius cum ego humi-
lis alumnus ſim, eam cum toto Ordi-
ne, Regimini tuo auſpicor è Cęlo fę-
licitatem, quam iam nomine ſpondes,
& virtute mereris.

Sanctitatis Tuæ

Humillimus, & addictiſſimus Seruus
Fr. Andreas Angelettus Carmelita.

AD

AD

BENEVOLVM LECTOREM.

HANC Sancti Canuti Martyris Regis Danię, ſeù Danemarcię vitam, quàm primitus italico idiomate in lucem edidi, vt deſiderijs ſatisfacerem aliquorum; hodie iterato, ſed latino pręlo cõmitto ad inſtantiam plurium, cum maiori, vt ſpero, Eccleſiæ fructu: tum quia latia intelligentia ſerpit vniuerſalior, quã vernacula noſtra Italica: tum quia in præſenti, pluribus in locis adieci non pauca, ſcitu digniſſima, quæ in prçcedenti typo ſollicitudinem meam ſubterfugerant; hinc voto piorum, & zelo proprio, primum vrgente prælum, illinc improba temporis anguſtia, prohibente indaginem omnium. Hanc igitur tibi ſiſto Lector amice vitam, omni inimicam eloquentiæ fuco, ſoli ſacram veritatis amori, ſinceræ partum pietatis meæ, & debiti, in inuictiſſimum Martyrem Sanctum Canutum, mei teſſeram affectus; non inglorius ſectator illius, qui gloriabatur dicens: *Veni non in ſublimitate ſermonis, aut ſapientiæ, & ſermo meus non in perſua-*

✠ ✠ *ſibili-*

ſibilibus humanæ ſapientiæ Verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis: In genuina inquam, incorruptaque declaratione inuictiſſimi in mortem ſpiritus, & miræ virtutis Sanctiſſimi Canuti. Admiſcui etiam hiſtoriæ noſtræ tum ſæcula antiqua (quæ in Regionibus illis, Deo aſpirante, catholicam fidem illibatam profitebantur) tum Sancti noſtri conſanguineos, qui mira pariter ſanctimonia, & perfectione floruerunt; non quaſi indeficiens ſancti Canuti virtutum fulgor radijs egeat emendicatis aut ſubreptitijs, ſed vt tandem illuminata recognoſcat Dania, ſe euanuiſſe in caligine, vt primùm lucem deſeruit fidei Catholicæ. Porro quod accuratum annorum computum concernit, concordiam quandoque diſſipat altercans Hiſtoricorum opinio; Vnde ſi hæc vel illa in Authore quocunque tuo circa alium annum, quàm in præſenti aſſignetur, contigiſſe reperias, ne mihi imputaueris, aut Typographi defectui, cuius culpa, ſi qui alij errores irrepſerint, prudenter diſſimula, ne faſtidium exilis erroris, nauſeam duplicet hiſtoriæ ſacræ; In qua denique ſi Sancti noſtri præclariſſimarum virtutum cumulus, qui principalis laboris mei ſcopus eſt, exactè conſideretur, facillimè te ad veram pietatem excitabit; Vale.

Librum

Librum; cui Titulus eſt: VITA & MIRACVLA S. CANVTI DANIAE REGIS, & MARTYRIS, ab Adm. Reu. & eximio Sac. Theol. Mag. P. Andrea Angeletto, Prouinciali Saxoniæ, ſūmo cū ſtudio & induſtria cōpoſitum, iuſſu Reuerendiſs. Patris noſtri M. Matthęi Orlandi totius Ordinis noſtri Prioris Generalis &c. non minori cum voluptate, quàm diligentia perlegendo depræhendi, non ſolùm nihil in eo contineri, quod fidei Orthodoxæ, aut bonis moribus aduerſetur, piaſq; & Catholici hominis aures offendere poſſit: verùm potius vniuerſum eius contextum, pietatem ac Religionem omni ex parte ſpirare; Omnibuſq; , ijs verò pręcipuè, qui Aquilonarē mundi plagam incolentes, Sanctæ Romanæ & Catholicæ Eccleſię matris noſtræ gremium, eiuſdemque Orthodoxam, auitamque fidem, quam S. Canutus, Daniæ Rex & Martyr, glorioſo & Regio ſanguine ſuo obſignauit, & quoad vſque vixit, à glorioſis Maioribus ſuis acceptam ſtrenuè defendit propagauit, & auxit; eheu deſeruerunt, ſtimulum additum iri eſſe efficaciſſimum ex quo, cooperante Dei gratia, eorundem, ſi attenta illum mente peruoluerint & penſitarint, haud difficilis in fide profectus non inaniter ſperari poſſit. Quare non ſolùm publica luce omninò dignum iudico, ſed & Authorem ipſius, vtpotè Saxoniæ Prouincialem exſtimulandum eſſe cenſeo, vt Commentarios ſuos in plurium aliorum Regum & Principum Aquilonarium (qui ſanctitate vitæ & Romano-Catholicæ fidei incredibili zelo præfulgentes, ijs, qui in Aquilone, noſtri temporis hæreſum tenebris miſerabiliter inuoluũtur, veræ fidei exempla velut faces pręferendo, vias & ſemitas antiquas, quibus ad Sanctæ Matris Eccleſiæ Catholicæ gremium poſtliminio redire poſsint, liquidò demonſtrent) vitas recenſendas extendere & continuare pergat; In quorum fidem &c. Datum ROMAE in Almo Conuentu Sanctæ MARIÆ Tranſpontinæ 18. Aprilis Anno M. DC. LXVII.

Ita cenſeo ego Fr. Iacobus Emans S.T.M. pro Germaniæ, vtriuſque Belgij, & Poloniæ Prouincijs Aſſiſtens Generalis Carmelitarum.

Frater Matthæus Orlandus S. T. Magiſter, ac humilis Prior Generalis totius Ordinis B. V. Mariæ de Monte Carmelo, antiquæ obſeruantiæ Regularis.

VT opus, cui titulus, VITA & MIRACVLA S. CANVTI DANIÆ REGIS, & MARTYRIS, a R. Adm. P. M. Andrea Angeletto noſtræ Prouinciæ Romæ profeſſo Sacerdote, & Saxoniç Prouinciali &c. ex noſtra Cõmiſſione reuiſum, & approbatum a viro, virtute prædito noſtri Ordinis, cui id commiſimus, typis mandari valeat, ſeruatis aliàs ſeruandis, virtute præſentium licentiam concedimus. Horum fide. Dat. Romæ die 18. Aprilis 1667.

Fr. Matthæus Orlandus Generalis Carmelitarum.

Fr. Aemilius Iacomelli Prouincialis Scotiæ, ſecr: Ordinis.

Imprimatur;

Si videbitur Reuerendiſſ. Patri Mag. Sacr. Palatij Apoſtolici.

M. Epiſc. Arimin. Viceſg.

Imprimatur,

Frater Hiacynthus Libellus Sacri Palatij Apoſtolici Magiſter.

Adm.

Digitized by Google

Admod. Reuerendo Patri Magiſtro

ANDREAE ANGELETTO,

Olim à Secretis, Socio ſiue Aſſiſtenti Generali totius Ordinis Carmelitarum, Regenti: Romæ, Angliæ, Aprutij, nunc Saxoniæ Prouinciali.

EPIGRAMMA:

Ioannis Simonis Ruggerij Romani.

O Decus, ò Patrij nitor, ANGELETTE, Quirini,
Carmeli ò Magnum Sidus, & Artis Honos.
O' bene quàm reſonant Tibi congrua nomina factis;
Angelus ingenio, moribus, eloquio.
Cor micat in vultu, nulli pietate ſecundum,
Euolat ingenium, fulgurat eloquium.
Spiritus hinc anceps, maior ne Scriptor, an Heros;
Hic fruitur Cælis, Ille ouat in calamis.

Ad Admodum Reuerendum Patrem Magiſtrum

ANDREAM ANGELETTVM,

Saxoniæ Prouincialem Ordinis Carmelitarum Scriptorem Vitæ Sancti CANVTI.

ANgelicum Cognomen habes, pariterque decoro
Ingenio mores exprimis Angelicos.
Angelicam debes igitur deſcribere vitam.
Haud minor Angelico eſt Rex Pius & Sapiens.

Ignatius Bomplanus Soc. Ieſus.

IN VI-

Digitized by Google

IN VITAM
SANCTI CANVTI MARTYRIS, REGIS DANIAE,

Italicè primùm, nunc latinè editam.

A Reuerendo Adm. Patre Magiſtro

P. ANDREA ANGELETTO

PROVINCIALI SAXONIÆ.

Fr. Valentinus a S. Amando Theologus Carm. Flander.

DANIA, quæ gelido ſeptem ſubiecta Trioni,
  DANIA, quam tumidis Nereus ambit aquis:
Bruma vbi frigoribus vaſtas exaſperat vndas,
  Et Boreas ſedem viſus habere ſuam:
Effer opes ſtratumquè tuis mare mille carinis;
  Actaquę tot terris bella, tot acta ſalo;
Antiquos memora latos ex Orbe triumphos:
  Claraque deuictis fixa trophæa locis:
Delicias,plauſuſque omnes,decora omnia,quidquid
  Terram vnquam potuit nobilitare tuam.
Non ego ſuſpiciam ſtratum mare mille carinis,
  Non tot geſta ſalo prælia, geſta ſolo:
Non ego mirabor latos ex orbe triumphos,
  Non tot deuictis ſtare trophæa locis.
Talia miretur vulgus. Das DANIA maius,
  Actaque fers animo nobiliora meo.
REX mihi, non regnum, mirabilis. Illius arma,
  Pugnæ, animi, plauſus, quod celebrentur habent.
Delicias inter miror vixiſſe CANVTVM,
  Delicijs vti nec voluiſſe ſuis.

Magnus

Magnus hic, hoſtiles potuit dum vincere gentes?
Dum potuit ſeſe vincere, maior erat.
Magnus, dum Regni Sceptrum meruitque coronam:
Maior, dum CHRISTI detulit ante pedes.
Magnus, dum populi potuit componere mores,
Maior, quando animi compoſuiſſe ſui.
Magnus, dum Regni fines, auxitque tributum;
Maior, dum decimas dat tibi Roma, tuas.
Magnus dum fuluo miſeros emancipat auro:
Maior, dum proprij ſanguinis addit opes.
O bene, quod tenebris hæc eruta, ſparſaque luci!
O bene, quòd ſcriptis ſint celebrata nouis!
Vnde nouus fauor hic noua lux hæc vnde refulget?
Zelus dat nobis iſta, PAYNGKE, tuus.
Iuſſit amor Patriæ, fidei obſeruantia priſcæ,
Quæ DANIS olim tam bene culta tuis.
O vtinam denſas, inquis, pertæſa tenebras,
Linquat, quaque via REX ſuus iuit, eat!
Hunc; inquit, dabimus: Dabit hic in pectora lumen.
Fors petet hinc priſcas DANIA verſa vias.
Eligis ANDREAM, Regemque hunc ſcribere ſuades:
Scribit, & officium ſic ſubit ille ſuum.
Aſpice, ab ANGELICO deducit nomine nomen;
Quodque facit Sanctis ANGELVS, ille facit.
ANGELVS in laudes Sanctorum effunditur: ipſe
In laudem Sancti condidit illud opus.
Perge huius laudes, ANDREA, ſcibere REGIS:
Penna eſt in laudes ingenioſa tuas.
Si magnum DANAI quot ſcripſit, nomen Homero:
Maius, quem ſcribis, REX tibi DANVS erit.

NOMINA

NOMINA AVTHORVM,

A quibus ſubſtantia omnium, quæ in hoc Libro continentur, deſumpta eſt.

SAxo Grammaticus Sialandicus, iam RosKildienſis Eccleſiæ Præpoſitus.
Iſaacus Pontanus Belga, Hiſtoriographus Chriſtiani IV. Regis Daniæ.
Elnotus Cantuarienſis Monachus Benedictinus.
Cęſar Cardinalis Baronius
Laurentius Surius.
Henricus Spondanus.
Ioannes Vaſtouius.
Angelus Almanara Hiſpanus Dominicanus.
Hettor Boetius.
Polidorus Virgilius.
Gerardus Mercator.
Adamus Bremenſis.
Albertus Stadenſis.
Albertus Crantius.
Ioannes Magnus.
Annales Bremenſes.
Annales Suetici.
Annales Anglici.
Chronica Geruaſij Dorobernenſis
Matthęus Monaſterienſis.
Martyrologium Romanum.
Ioannes Bolandus Ieſuita.
Hermannus Crombacchius Ieſuita.

PRAE-

PECVLIARES

PRÆROGATIVAE

Et Excellentiæ

REGNI DANIAE.

CAPVT PRIMVM.

INTER Regna, quę in remotiſsimis Aquilonaris mundi partibus ſituata ſunt, inclytum Danię Regnum ſęculis ſuperioribus, prout antiqui referunt Hiſtorici, vnum fuit eorum, quod cętera, quantumuis etiam famoſa, ſui amœnitate, potentia, diuitiarum amplitudine, denique rerum

Digitized by Google

prçclarè geſtarum gloria, & ſama antecelluit; Idque ſiue qualitas conſideretur ſitus, qui dum montium iugis non eſt horridus, nec ſterilis euadit ex ſaxorum præruptis, agricolarum induſtria placidiſsimus, fructuumque feraciſsimus efficitur; ſiue Mare perluſtretur, omnes Regni partes, atque Prouincias circumcingens, & alluens, omni piſcium quantitate ſui prægrandium, guſtuique gratiſsimorum, genere vbique refertum; ſiue quia per Inſularum multiplicitatem, cum haud vulgari ſui venuſtate diſtinguitur, quæ veluti floridiſſima Viridaria, admirabili cum delectatione ab omnibus conſpiciuntur; ſiue ob aeris ſerenitatem, pariter & influentiam ſalutiferam, quæ ex conſtanti Incolarum Regni illius ſalute, incolumitate, & corporis robore, quo perfruuntur, clarè dignoſcitur; ſiue denique propter ingens ingenij acumen, & perſpicacitatem, quam eiuſdem Regni benigniſsimum Clima, veluti qualitatem ſibi ſpecialiter appropriatam, iiſdem Incolis ſuis, cum animi generoſitate coniunctam impertitur, prout temporibus antiquis copioſa illa, tum Litteris inſignium, tum exercitijs Militaribus formidabiliũ hominũ multitudo manifeſtè ſatis comprobauit.

Iſaac. Pont. lib. 1. Hiſt. Daniç f. 1.

Porrò Regnorum quædam inueniuntur, quæ

tametſi

tametſi ingentia, & vaſta ſint, ſuam tamen ex peregrino quodam ſtipite, ſiue per propaginem, ſiue per nomenclaturam ortam æſtimant originem: Dania verò, Regum ſuorum continuatam progeniem, ſuique legitimam denominationem nemini alteri, præterquam proprio ſuomet ſtipiti, in acceptis referre poſſe iure gloriatur, vtpote quæ nunquam extraneo Principi ſubiecta, inter alia omnia Aquilonaris Imperij Regna, ſui antiquitate præcellentior perſeuerauit: Antiquitas enim Regni huius meritò recolenda eſt, in cuius calculo Authores variè loquuntur, aſſerunt namque vetuſtiores Hiſtorici, à Dano *alias, Dan*, primo Rege Humbli filio, Regnum ſortitum eſſe Danię appellationem, inter alios ab Iſaaco Pontano relatos, Saxo Grammaticus, licet annos non indicet; alij verò aſſumptionem eiuſdem Dani primi Regis ponunt ſub anno ante natum Chriſtum, milleſimo trigeſimo nono; Gaffarus non vltra 499. ante Chriſti aduentum recenſet.

Admiranda quoque eſt eximia illa primorum Heroum, qui in florentiſſimo Daniæ Regno conſpicui fuere, ſagacitas, atque prudentia, quam in primarum legum, ſtatutorum, pragmaticarumque ſanctione (hactenus ſine vlla ſui muta-

tione, aut abolitione conſtanter perdurantium) adeo euidenter probarunt, vt iure meritiſsimo tanquam veri politicæ magiſtri omnibus in veneratione fuerint; Vnde magna illa potentiſsimaq; Daniæ Monarchia, tam ſolidis fundamentis deinceps firmata, & ſtabilita remanſit, vt omnibus alijs Regnis non modicum ſui metum, terroremque incuſſerit. Denique ſuam hinc originem trahunt illa Daniæ intacta ſemper, & imperturbata libertas, tot ab hoſtibus ſuis glorioſe reportati triumphi, tot miro Sceptri Danici incremento, per egregias victorias adiecta extera Regna, vt ſeſe mundo, velut quoddam prodigiorum exhibeat compendium; prout idipſum clariſsimis notis ſequenti poemate optimè expreſsit Adrianus Offerus, dum ita Daniæ Regno accinit.

Sax. Gram. lib. 1. Hiſt. Dan. fol. 1.

Adrianus Offerus.

Danica gens qualis ſe iactet origine, quanto
Perculerit Latium Cymbrica terra metu:
Vt modò Normannis leges, modò ſcripſerit Anglis,
Iunxerit & Sceptris plurima Sceptra ſuis:
Inſignes bello Reges, armiſque potentes,
Quos vetus à magnis ſtemma coronat Auis:
Parte tenus pelago populos, terraſq; natantes;
Parte tenus fixo iugera culta ſolo;

Oppida-

Oppidaque, & mores, & priſcis eruta faſtis:
Prælia Magnorum ſplendida facta Ducum.

Enimuero ingens in volumen præſens hoc opus excreſceret vtique, ſi virorum ſanctitate, Martyrio, conſtantique Fidei confeſsione illuſtrium, necnon Regum glorioſiſsimorum meminiſſe vellem, qui in ſublimi Daniæ ſolo, & ſolio, poſt Chriſti præcipuè aduentum, admirabili Sanctitate reſplenduerunt, quique rara cum prudentia, ac fælicitate gubernarunt, & Daniam, non ſolum per ſublimes triumphos, armorum gloria comparatos, illuſtrarunt; verùmetiam ſemetipſos, per Chriſtianæ, & Catholicæ Religionis culturam & propagationem, necnon per innumerabilium animarum lucrum in omnem vſque æternitatem memorabiles reddiderunt. Sed ego, qui Glorioſiſsimi, Sanctiſsimique Regis, & Martyris CANVTI Vitam admirandam contemplari, & deſcribere ſatago, operæpretium me facturum eſſe cenſeo, ſi tot aliorum Heroum multitudinem alijs admirandam relinquens, antequam prædicti Martyris noſtri virtutes, & merita præclara enarrare incipiam, prius ad ea, quibus in eodemmet Regno Daniæ Catholicæ Religionis initia propalantur, necnon ad illa virtutum trophæa, quibus

glorio-

glorioſiſsimi ipſius Progenitores in Eccleſia effulſerunt, deſcribenda progrediar, quæ in non modicam Canuti Sancti gloriam cedere noſcuntur.

GRATIA, ET SPECIALE PRIuilegium Populorum Daniç, eò quod primum Diuinç lucis radium incunctanter amplectantur.

CAPVT II.

OMnia Aquilonis Regna à prima ſua conſtitutione, errorum tenebris vndequaq; circumvoluta, Gentilium ritibus addicta, congenitæque prauitatis laqueis diù ſtrictè implicata gemuere, vſque dum infinita Dei propitiantis clementia, quæ bonos, prauoſque, iuxta illud Matthæi: *Qui Solem ſuum facit oriri ſuper bonos, & malos*: illuminare dignatur, eaſdem quoque mundi partes, optatis Euangelicæ lucis radijs perſudit, tenebroſæ infidelitatis caligini eripuit, à Demoniaci mancipatus vinculo ſoluit, & fideles effectas, filiorum Dei libertate donauit. Daniæ Regnum inter alia etiam hoc peculiari pri-

S.Matth.c.5

uilegio

uilegio ſe ditatum clarè recognouit, dum anno 826. tempore Eugenij II. Summi Pontificis, in eodem primus diuinæ gratiæ radius, Apoſtolico Ludouici primi Imperatoris, condecenti *Pij* titulo inſigniti, zelo mediante effulſit: Qui Carolo Magno ſuo Genitori conſimilis, ad Euangelicæ fidei propagationem totaliter intentus fuit, ſuaque ſpirituali eloquentia, ac ardentiſsimo ſpiritu ad expreſſam Dei, Sanctorumq; eius debitam venerationẽ incitauit, atq; induxit Haraldum Ringonis filium, eodem tempore Daniæ Regem, Danicè *Kongen udi Dannemarck*, vna cũ Vxore, ac Errico fratre eius, alijſq; Regni proceribus, necnon populorum turmis, qui omnes Regis ad exemplum Catholicam fidem amplexati ſunt, & in Metropolitana Eccleſia Danicè *udi Dom Kircken*, Ciuitatis Moguncíæ debita cum ſolemnitate, magnæq; lætitiæ ſignis, eodemmet Ludouico aſsiſtente, ſacrũ Baptiſma ſuſceperunt: Pius autem Imperator tã egregio opere perpetrato nequaquã contentus, magis, magiſque amplificandæ Catholicæ Religionis, & ſpiritualis animarum lucri ardore excitatus, ſimul cum Rege Haraldo, qui iam tum in ſpiritus feruore, nimioque deſiderio, quo in perfectam totius Regni conuerſionem ferebatur, ipſimet

ipſimet Imperatori minimè impar eminebat, ſtatim in toto Regno Eccleſias exſtrui iuſsit, necnon Miſsionarios ad prædicandum idoneos vbique locorum tranſmittendos curauit, inter quos anno 828. ipſemet Ludouicus, Haraldo ſuadente, & regnante Anſgarium Monachum Benedictinum, in Francia oriundum, vel, vt alij volunt, origine Friſium, virtute, & doctrina conſpicuum, è Galliis euocauit, & ad diſſeminandum Ieſu Chriſti Euangelium deputauit, qui tam eximia virtutum perfectione, & ſanctitate claruit, vt Lucem è Cælo prodeuntem, in quadam extaſi videre, atque ab ipſa ſequentia verba auribus percipere meruerit: *Vade, & annuncia Gentibus verbum Dei.* Minimè verò explicari ſatis poteſt excellens Anſgarii virtus, & in ſui muneris executione adhibitus conatus, non tantum vt Imperatori, ſed magis vt Deo pareret. Circuibat itaque cunctas Regni partes, & præcipuè ſine mora illas, ad quas neceſsitatis, atque immenſæ charitatis impetus illum propellebat. Anſgarius poſtea, vt benemeritus, anno 833. ipſomet Imperatore, & Eccleſiaſtici ordinis Capitulo annuente, atque probante, ad Hamburgenſem Epiſcopatum euectus, & à Drogone Metenſi Epiſcopo conſecratus fuit:

Io. Vaſtou. invit. SS. Aquil. fol. 3.

Qua

Qua dignitate fulcitus, ardentiori conatu Apoſtolicum miniſterium, ſine aliqua intermiſsione, proſecutus eſt, ita vt nulla eorundem populorum ferocia perterritus, ſed omni potius euidenti ſuę vitæ diſcrimine maior, admirando cum profectu infinitam gentium multitudinem potenter conuicerit, & ad Catholicam fidem glorioſè conuerterit, Tam inſignia opera, atque præclara Anſgarii merita, necnon quidquid impoſterum pro maiori populorum, Sediſque Apoſtolicæ beneficio peragere poſſet, mente reuoluens Imperator, ex ſolita ſua pietate, ac grati animi propenſione, eundem Anſgarium, Archiepiſcopum etiam Bremenſem declarauit, ſtatimque Oratorem Gregorio IV. tunc temporis Summo Pontifici, tranſmiſit vnà cum literis, & ſupplicationibus, non ſolùm pro confirmatione eiuſdem Archiepiſcopatus Bremenſis, verùmetiam pro vnione cum altero Hamburgenſi, necnon omnium Aquilonarium Regnorum legatione, quam ipſemet Imperator neceſſariam pro communi bono, & animarum quiete recenſebat, vti in ſequentibus literarum verbis exprimitur.

In nomine Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Ludouicus diuino fauore, & propitiante clementia, Iſaac.Pont. lib.4. Hiſt. Dan.fol.97.

Imperator Auguſtus. Si ſpecialibus cuiuſque fidelium noſtris neceſſitatibus proſpectiuè ſubueniendum eſſe temporalis auctoritas monſtrat, quantò magis ad debitam generalitatis prouidentiam, æquum, dignumque pertinet, vt & Eccleſiæ Catholicæ, atque Apoſtolicæ, quam Chriſtus ſuo proprio ſanguine redemit, eamque Nobis regendam, tuendamque commiſit, &c. Nunc autem propter ſupradicta Eccleſiaſtica lucra in gentibus demonſtrata &c. Fecimus Anſgarium Archiepiſcopum &c. Datum id. Maij An. 834.

Quibus literis Summus Pontifex, rationabiles, ac iuſtas cauſas ab Imperatore allatas perſpiciens, confirmationem Archiepiſcopatus Bremenſis, eiuſdemque cum altero Hamburgenſi vnionem, pallium, necnon Legationem omnium Regnorum Aquilonarium conceſſit, vti clarè ex literis eiuſdem Gregorij IV. datis Anno 835. habetur.

GREGORIVS Epiſcopus &c. Omnium fidelium dignoſcentiæ certum eſſe volumus: Qualiter Beatæ memoriæ præcellentiſſimus Rex Carolus, tempore prædeceſſorum noſtrorum, diuino afflatus ſpiritu, &c. Succedente eius præcellentiſſimo filio Ludouico Imperatore Auguſto, pium ſtudium ſacri Genitoris ſui efficaciter impleuit &c. Nos igitur omnem ibi Deo dignam ſtatutam prouidentiam cognoſcentes, inſtructi

etiam

etiam præſentia fratris filij noſtri Anſgarii, primi Nordalbingorum Epiſcopi; per manus Drogonis Epiſcopi conſecrati &c. Tam præſenti auctoritate, quàm etiam pallij donatione, more Prædeceſſorum noſtrorum roborare decreuimus, &c. Iam dictum noſtrum Anſgarium, & ſucceſſores eius legatos in omnibus circumquaque gentibus Danorum, Sueuonum, Noruegorum &c. nec non omnium Septentrionalium, & Orientalium Nationum, quocunque modò nominantur delegamus, &c.

Hiſce honoribus, dominijs, ac præeminentijs inſignitus Anſgarius, á ſolitis pro animarum ſalute laboribus non receſſit, imò iuxta integritatem ſuam, ac non vulgarem prudentiam, maiori ſe debito obſtrictum exiſtimans, ſpiritu indefeſſo ad difficilius opus ſe accinxit. Anno enim 863. ingenti animi ſui conſtantia & ſalutaribus verbis, aggreſſus eſt Erricum Regem Daniæ, huius nominis ſecundũ, qui paganiſmo adhuc imbutus in omnes, qui Chriſti nomẽ aſsũpſerant, adeò crudelis, & iniquus deſæuiebat, vt Eccleſias circũquaq; expulſis Euangelij Concionatoribus, aut claudi, aut aboleri iuberet, vt ita omnimodè Eccleſiaſticus Cultus deleretur. Anſgarius autem, diuino fretus auxilio, tam feruidà, ac ſpirituali eloquen-

tia, Erricum eſt allocutus, vt ipſemet Rex efficacibus monitis aure adhibita, non ſolùm errorem omnem,& quidquid in animo adhuc eius prauum ſupererat, palam depoſuerit, verum etiam caſſatis, irritatiſque omnibus, quæ contra Chriſti famulos antea præceperat, ſe pietatis verum alumnum,& Catholicæ Religionis cultorem palam exhibuerit, editis quoque publicis mandatis, & per vniuerſas Regni ſui partes promulgatis, quibus ſingulis ſeriò, ac ſeuerè Catholicam fidem commendatam haberi imperarit, necnon omnem diligentiam adhibuerit, vt omnes Regni ſui populos ad Fidei agnitionem, & Eccleſiaſticorum præceptorum obſeruantiam traheret, quod totum plurium, eorum præcipuè, qui magis obſtinati, & Paganorum ritui præ,cæteris addicti fuere,conuerſione ſatis comprobatum fuit. Exſtruxit denique Rex Erricus in ſempiterni Dei honorem,inſignes non tantum apud Ripenſes Eccleſias, ſed etiam apud Sleſuicenſes.Anſgarius autem non tantum Hamburgenſis, vt dictum eſt, ſed etiam Bremenſis Archiepiſcopus,poſtquam eximio vitæ nitore Aquilonaribus populis,iam annis circiter triginta quatuor, præfulſiſſet, & verbum Dei fideliter, conſtanterque diſſeminaſſet, annis maturus

Albert. Staden. in Chron.f.88

Albert. Crant. in metropolit. lib. 1.

labo-

laboribus onuſtus, nec non plurimis cumulatus meritis, ad cęleſtem Patriam euolauit anno 865. poſtea verò quàm Sanctorum Confeſſorum Catalogo adſcriptus eſſet, eidem, Eccleſiæ prædictæ ab Errico Rege conſtructæ, dicatæ fuerunt.

Licet autem tempore Anſgarij præſtantiſſimum Euangelicæ Doctrinæ per omnes Regni partes propagandæ, radicituſque firmandæ opus totaliter conſũmari non potuerit, in quod vnicè collimabat indefeſſus Archiepiſcopi conatus, & affectus, nihilominus anno 921. tempore Gormondi Regis Daniæ, eadem, maiori ex parte, ſtabilita, & roborata fuit, prout à Ioanne Pico hiſce verbis refertur, *Rex Danorum Gutrum, quem Gormondum vocant, cum triginta Proceribus, & omni penè populo baptizatis in filium ab Aluredo ſuſceptus, impoſito ei nomine Athelſtano: hic igitur permanſit, dataque ſunt illi prouinciæ Orientalium, Anglorum, & Northanumbrorum, vt eas ſub fidelitate Regis foueret hæreditario &c.* Inter alios tam magnifici operis Promotores, memoria Poppi Sleſuicenſis Epiſcopi nequaquam ſupprimenda occurrit; dum enim anno 995. Ioanne XV. Summo Pontifice ſedente, ad Erricum, denuò Paganiſmo irretitum, & populos Daniæ conciones haberet, & in venerandis

Ioan. Pico.

Albert. Cran. in metropol. lib. 3. cap. 42.

Ido-

Idolis, ritibuſque gentilibus proſequendis obſtinatiores recognoſceret, petentes tantùm euidentia eius doctrinæ ſigna, ad imitationem Hebræorum Chriſto Domino dicentium, *Volumus à te ſignum videre*. Sanctus Epiſcopus in tanti ponderis negotio, de diuina, ac infinita prouidentia confiſus, alta voce Sanctiſſimo Ieſu nomine, eiuſque auxilio efficaciter inuocato, ignitas ferri laminas incombuſtis pertranſiuit plantis, ignitoque ferro in dextera aſſumpto, intrepidus ſine vlla vultus contractione, aut doloris ſigno, Regis Errici ante pedes illud excuſſit, dicendo; Cernite, & colite virtutẽ Ieſu Chriſti, cui omnia elementa parent, qui fecit Cęlum, & vniuerſa, quæ illorum ambitu continentur, poſtea, vt magis fidem Catholicam Regi, ac populo comprobaret, tunicam indutus ceratam, poſituſque in medio populi, in nomine Domini præcepit incendi, ipſe verò oculis, ac manibus ad Cælum eleuatis, liquantes flammas tam patienter ſubſtinuit, vt veſte prorſus combuſta, ac in fauillas redacta, hilari vultu, nec fumum incendij ſe ſenſiſſe teſtaretur: Obſtupuere omnes, & miraculorum nouitate ita conterriti fuere, vt infinita Gentilium multitudo, relictis idolis, ſpretiſque paganorum ritibus, Catholicam Fidem ſuſceperit,

s.Matth. 12. ver 38.

Elnot. Cantuar. in elog. vit. s. Can.

Baron lib. 10. fol. 74.

Ioan. Vaſton. in vit. ss. Aquilò. fol. 22.

Ioã. Magn. in metropol. lib. 1.

rit, & Chriſti Dei Filium, verumque Dominum eſſe, euidenti, ac manifeſta vitæ, & morum mutatione demonſtrauerit. Sed quod mirandum magis erat, Populi non ſolum Chriſtum, vt verum Dei filium, verùm etiam Sanctiſſimam Triadem humillimè colẽtes, eiuſdem altiſſimum myſterium mirabiliter perceperunt, antequam vicinioribus Nationibus, Sueuis nimirum, Gotis, Normanniſque dilucidaretur, ſiue ob deficientiam doctorum informantium, ſiuè ob terræ infertilitatem, ſiue ob ferinam ſæuitiam, quæ eodem tempore contra Chriſtianos maximopere acuebatur, iuxta proloquium Ieremiæ. *Ab Aquilone pandetur omne malum*. Dani inſuper ardore Charitatis accenſi, & diuina gratia ſuffulti, cum in diuerſis Regni partibus, aliquos in paganiſmi ritibus perſiſtentes, fideique Catholicæ aduerſantes recenſerent, omni adhibita diligentia, Regis Nobiliumque conſilio, & opera, Præſules, ac diuini officij Miniſtros, ad aſſiſtentiam Deo, Sanctiſque eius debitam, in Eccleſijs in dies vndequaque adauctis, ac nobilitatis, necnon ad populorum neceſſariam inſtructionem deſtinarunt. Quibus egregijs, ſanctiſque operibus, interni ſpiritus feruorem ad animarum Dei cultum directum, ſatisſuperque manifeſtabant, iudi-

Ierem. 1. ver. 14.

glorioſiſsimi ipſius Progenitores in Eccleſia effulſerunt, deſcribenda progrediar, quæ in non modicam Canuti Sancti gloriam cedere noſcuntur.

GRATIA, ET SPECIALE PRIuilegium Populorum Daniç, eò quod primum Diuinç lucis radium incunctanter amplectantur.

CAPVT II.

OMnia Aquilonis Regna à prima ſua conſtitutione, errorum tenebris vndequaq; circumvoluta, Gentilium ritibus addicta, congenitæque prauitatis laqueis diù ſtrictè implicata gemuere, vſque dum infinita Dei propitiantis clementia, quæ bonos, prauoſque, iuxta illud Matthæi: *Qui Solem ſuum facit oriri ſuper bonos, & malos*: illuminare dignatur, eaſdem quoque mundi partes, optatis Euangelicæ lucis radijs perſudit, tenebroſæ infidelitatis caligini eripuit, à Demoniaci mancipatus vinculo ſoluit, & fideles effectas, filiorum Dei libertate donauit. Daniæ Regnum inter alia etiam hoc peculiari pri-

s.Matth.c.5

uilegio

uilegio ſe ditatum clarè recognouit, dum anno 826. tempore Eugenij II. Summi Pontificis, in eodem primus diuinæ gratiæ radius, Apoſtolico Ludouici primi Imperatoris, condecenti *Pij* titulo inſigniti, zelo mediante effulſit: Qui Carolo Magno ſuo Genitori conſimilis, ad Euangelicæ fidei propagationem totaliter intentus fuit, ſuaque ſpirituali eloquentia, ac ardentiſsimo ſpiritu ad expreſſam Dei, Sanctorumq; eius debitam venerationẽ incitauit, atq; induxit Haraldum Ringonis filium, eodem tempore Daniæ Regem, Danicè *Kongen vdt Dannemarck*, vna cũ Vxore, ac Errico fratre eius, alijſq; Regni proceribus, necnon populorum turmis, qui omnes Regis ad exemplum Catholicam fidem amplexati ſunt, & in Metropolitana Eccleſia Danicè *vdi Dom Kircken*, Ciuitatis Moguncię debita cum ſolemnitate, magnæq; lætitiæ ſignis, eodemmet Ludouico aſsiſtente, ſacrũ Baptiſma ſuſceperunt: Pius autem Imperator tã egregio opere perpetrato nequaquã contentus, magis, magiſque amplificandæ Catholicæ Religionis, & ſpiritualis animarum lucri ardore excitatus, ſimul cum Rege Haraldo, qui iam tum in ſpiritus feruore, nimioque deſiderio, quo in perfectam totius Regni conuerſionem ferebatur, ipſimet

[illegible] inter ca[illegible]
[illegible] eadem m[illegible]
[illegible] itam[illegible]
[illegible] erunt, ut[illegible]
[illegible] Fried[illegible]
[illegible] Munchi[illegible]
[illegible] vel, [illegible]
[illegible]
[illegible] qui t[illegible]
[illegible] d[illegible]
[illegible] , in quo[illegible]
[illegible] vecta a[illegible]
[illegible] innumeris C[illegible]
[illegible] explicari fin[illegible]
[illegible] in ſui munc[illegible]
[illegible] non tantum v[illegible]
[illegible] Circul[illegible]
[illegible] præcipuè ſine[illegible]
[illegible] atque immenſæ[illegible]
[illegible] . Anſgarius[illegible]
[illegible] anno 8 3 3. ipſomet In[illegible]
[illegible] Capitulo annu[illegible]
[illegible] Hamburgenſem Epiſ[illegible]
[illegible] Nenenſi Epiſco[illegible]

Qua dignitate fulcitus, ardentiori conatu Apoſtolicum miniſterium, ſine aliqua intermiſsione, proſecutus eſt, ita vt nulla eorundem populorum ferocia perterritus, ſed omni potius euidenti ſuę vitæ diſcrimine maior, admirando cum profectu infinitam gentium multitudinem potenter conuicerit, & ad Catholicam fidem glorioſè conuerterit, Tam inſignia opera, atque præclara Anſgarii merita, necnon quidquid impoſterum pro maiori populorum, Sediſque Apoſtolicæ beneficio peragere poſſet, mente reuoluens Imperator, ex ſolita ſua pietate, ac grati animi propenſione, eundem Anſgarium, Archiepiſcopum etiam Bremenſem declarauit, ſtatimque Oratorem Gregorio IV. tunc temporis Summo Pontifici, tranſmiſit vnà cum literis, & ſupplicationibus, non ſolùm pro confirmatione eiuſdem Archiepiſcopatus Bremenſis, verùmetiam pro vnione cum altero Hamburgenſi, necnon omnium Aquilonarium Regnorum legatione, quam ipſemet Imperator neceſſariam pro communi bono, & animarum quiete recenſebat, vti in ſequentibus literarum verbis exprimitur.

In nomine Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. I[illegible] diuino fauore, & propitiante clementia, Iſaac.Pont. lib.4. Hiſt. Dan.fol.97.

B *Impe-*

ipſimet Imperatori minimè impar eminebat, ſtatim in toto Regno Eccleſias exſtrui iuſsit, necnon Miſsionarios ad prædicandum idoneos vbique locorum tranſmittendos curauit, inter quos anno 828. ipſemet Ludouicus, Haraldo ſuadente, & regnante Anſgarium Monachum Benedictinum, in Francia oriundum, vel, vt alij volunt, origine Friſium, virtute, & doctrina conſpicuum, è Galliis euocauit, & ad diſſeminandum Ieſu Christi Euangelium deputauit, qui tam eximia virtutum perfectione, & ſanctitate claruit, vt Lucem è Cælo prodeuntem, in quadam extaſi videre, atque ab ipſa ſequentia verba auribus percipere meruerit: *Vade, & annuncia Gentibus verbum Dei.* Minimè verò explicari ſatis poteſt excellens Anſgarii virtus, & in ſui muneris executione adhibitus conatus, non tantum vt Imperatori, ſed magis vt Deo pareret. Circuibat itaque cunctas Regni partes, & præcipuè ſine mora illas, ad quas neceſsitatis, atque immenſæ charitatis impetus illum propellebat. Anſgarius poſtea, vt benemeritus, anno 833. ipſomet Imperatore, & Eccleſiaſtici ordinis Capitulo annuente, atque probante, ad Hamburgenſem Epiſcopatum euectus, & à Drogone Metenſi Epiſcopo conſecratus fuit:

Io. Vaſton. invit. SS. Aquil. fol. 3.

Qua

Qua dignitate fulcitus, ardentiori conatu Apoſtolicum miniſterium, ſine aliqua intermiſsione, proſecutus eſt, ita vt nulla eorundem populorum ferocia perterritus, ſed omni potius euidenti ſuę vitæ diſcrimine maior, admirando cum profectu infinitam gentium multitudinem potenter conuicerit, & ad Catholicam fidem gloriosè conuerterit, Tam inſignia opera, atque præclara Anſgarii merita, necnon quidquid imposterum pro maiori populorum, Sediſque Apoſtolicæ beneficio peragere poſſet, mente reuoluens Imperator, ex ſolita ſua pietate, ac grati animi propenſione, eundem Anſgarium, Archiepiſcopum etiam Bremenſem declarauit, ſtatimque Oratorem Gregorio IV. tunc temporis Summo Pontifici, tranſmiſit vnà cum literis, & ſupplicationibus, non ſolùm pro confirmatione eiuſdem Archiepiſcopatus Bremenſis, verùmetiam pro vnione cum altero Hamburgenſi, necnon omnium Aquilonarium Regnorum legatione, quam ipſemet Imperator neceſſariam pro communi bono, & animarum quiete recenſebat, vti in ſequentibus literarum verbis exprimitur.

In nomine Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Ludouicus diuino fauore, & propitiante clementia, Iſaac.Pont. lib.4. Hiſt. Dan.fol.97.

Imperator Auguſtus. Si ſpecialibus cuiuſque fidelium noſtris neceſſitatibus proſpectiuè ſubueniendum eſſe temporalis auctoritas monſtrat, quantò magis ad debitam generalitatis prouidentiam, æquum, dignumque pertinet, vt & Eccleſiæ Catholicæ, atque Apoſtolicæ, quam Chriſtus ſuo proprio ſanguine redemit, eamque Nobis regendam, tuendamque commiſit, &c. Nunc autem propter ſupradicta Eccleſiaſtica lucra in gentibus demonſtrata &c. Fecimus Anſgarium Archiepiſcopum &c. Datum id. Maij An. 834.

Quibus literis Summus Pontifex, rationabiles, ac iuſtas cauſas ab Imperatore allatas perſpiciens, confirmationem Archiepiſcopatus Bremenſis, eiuſdemqué cum altero Hamburgenſi vnionem, pallium, necnon Legationem omnium Regnorum Aquilonarium conceſſit, vti clarè ex literis eiuſdem Gregorij IV. datis Anno 835. habetur.

GREGORIVS Epiſcopus &c. Omnium fidelium dignoſcentiæ certum eſſe volumus. Qualiter Beatæ memoriæ præcellentiſſimus Rex Carolus, tempore prædeceſſorum noſtrorum, diuino afflatus ſpiritu, &c. Succedente eius præcellentiſſimo filio Ludouico Imperatore Auguſto, pium ſtudium ſacri Genitoris ſui efficaciter impleuit &c. Nos igitur omnem ibi Deo dignam ſtatutam prouidentiam cognoſcentes, instructi

etiam

etiam præſentia fratris filij noſtri Anſgarii, primi Nordalbingorum Epiſcopi ; per manus Drogonis Epiſcopi conſecrati &c. Tam præſenti auctoritate, quàm etiam pallij donatione, more Prædeceſſorum noſtrorum roborare decreuimus , &c. Iam dictum noſtrum Anſgarium ; & ſucceſſores eius legatos in omnibus circumquaque gentibus Danorum, Suenonum , Noruegorum &c. nec non omnium Septentrionalium, & Orientalium Nationum , quocunque modo nominantur delegamus , &c.

Hiſce honoribus , dominijs , ac præeminentijs inſignitus Anſgarius , á ſolitis pro animarum ſalute laboribus non receſſit, imò iuxta integritatem ſuam , ac non vulgarem prudentiam , maiori ſe debito obſtrictum exiſtimans , ſpiritu indefeſſo ad difficilius opus ſe accinxit . Anno enim 863. ingenti animi ſui conſtantia & ſalutaribus verbis , aggreſſus eſt Erricum Regem Daniæ , huius nominis ſecundū, qui paganiſmo adhuc imbutus in omnes, qui Chriſti nomē aſsūpſerant, adeò crudelis, & iniquus deſæuiebat, vt Eccleſias circūquaq; expulſis Euangelij Concionatoribus , aut claudi , aut aboleri iuberet, vt ita omnimodè Eccleſiaſticus Cultus deleretur . Anſgarius autem , diuino fretus auxilio, tam feruidà, ac ſpirituali eloquen-

tia, Erricum eſt allocutus, vt ipſemet Rex efficacibus monitis aure adhibita, non ſolùm errorem omnem,& quidquid in animo adhuc eius prauum ſupererat, palam depoſuerit, verum etiam caſſatis, irritatiſque omnibus, quæ contra Chriſti famulos antea præceperat, ſe pietatis verum alumnum,& Catholicæ Religionis cultorem palam exhibuerit, editis quoque publicis mandatis, & per vniuerſas Regni ſui partes promulgatis, quibus ſingulis ſeriò, ac ſeuerè Catholicam fidem commendatam haberi imperarit, necnon omnem diligentiam adhibuerit, vt omnes Regni ſui populos ad Fidei agnitionem, & Eccleſiaſticorum præceptorum obſeruantiam traheret, quod totum plurium, eorum præcipuè, qui magis obſtinati, & Paganorum ritui præ,cæteris addicti fuere,conuerſione ſatis comprobatum fuit. Exſtruxit deni-que Rex Erricus in ſempiterni Dei honorem,inſignes non tantum apud Ripenſes Eccleſias, ſed etiam apud Sleſuicenſes.Anſgarius autem non tantum Hamburgenſis, vt dictum eſt, ſed etiam Bremenſis Archiepiſcopus,poſtquam eximio vitæ nitore Aquilonaribus populis,iam annis circiter triginta quatuor, præſulſiſſet, & verbum Dei fideliter, conſtanterque diſſeminaſſet, annis maturus

Albert. Staden. in Chron. f. 88

Albert. Crant. in metropolit. lib. 1.

labo-

laboribus onuſtus, nec non plurimis cumulatus meritis, ad cęleſtem Patriam euolauit anno 865. poſtea verò quàm Sanctorum Confeſſorum Catalogo adſcriptus eſſet, eidem, Eccleſiæ prædictæ ab Errico Rege conſtructæ, dicatæ fuerunt.

Licet autem tempore Anſgarij præſtantiſſimum Euangelicæ Doctrinæ per omnes Regni partes propagandæ, radicituſque firmandæ opus totaliter consũmari non potuerit, in quod vnicè collimabat indeſeſſus Archiepiſcopi conatus, & affectus, nihilominus anno 921. tempore Gormondi Regis Daniæ, eadem, maiori ex parte, ſtabilita, & roborata fuit, prout à Ioanne Pico hiſce verbis refertur, *Rex Danorum Gutrum, quem Gormondum vocant, cum triginta Proceribus, & omni penè populo baptizatis in filium ab Aluredo ſuſceptus, impoſito ei nomine Athelſtano: hic igitur permanſit, dataque ſunt illi prouinciæ Orientalium, Anglorum, & Northanumbrorum, vt eas ſub fidelitate Regis foueret hæreditario &c.* Ioan. Pico. Inter alios tam magnifici operis Promotores, memoria Poppi Sleſuicenſis Epiſcopi nequaquam ſupprimenda occurrit; dum enim anno 995. Ioanne XV. Summo Pontifice ſedente, ad Erricum, denuò Paganiſmo irretitum, & populos Daniæ conciones haberet, & in venerandis Albert. Cran. in metropol. lib. 3. cap. 42.

Ido-

Idolis, ritibuſque gentilibus proſequendis obſti-
natiores recognoſceret, petentes tantùm euidentia
eius doctrinæ ſigna, ad imitationem Hebræorum
s.Matth.12. ver 38. Chriſto Domino dicentium, *Volumus à te ſignum
videre*. Sanctus Epiſcopus in tanti ponderis ne-
gotio, de diuina, ac infinita prouidentia confiſus,
Elnot.Cantuar.inelog. vit.s.Can. alta voce Sanctiſſimo Ieſu nomine, eiuſque auxi-
lio efficaciter inuocato, ignitas ferri laminas in-
Baron lib. 10.fol.74. combuſtis pertranſiuit plantis, ignitoque ferro in
dextera aſſumpto, intrepidus ſine vlla vultus con
tractione, aut doloris ſigno, Regis Errici ante pe-
des illud excuſſit, dicendo; Cernite, & colite vir
tute Ieſu Chriſti, cui omnia elementa parent; qui
fecit Cęlum, & vniuerſa, quæ illorum ambitu
continentur, poſtea, vt magis fidem Catholicam
Regi, ac populo comprobaret, tunicam indutus
ceratam, poſituſque in medio populi, in nomine
Ioan. Vaſton. in vit. ss. Aquilõ. fol.22. Domini præcepit incendi, ipſe verò oculis, ac ma-
nibus ad Cælum eleuatis, liquantes flammas tam
patienter ſubſtinuit, vt veſte prorſus combuſta, ac
in fauillas redacta, hilari vultu, nec fumum incen-
dij ſe ſenſiſſe teſtaretur: Obſtupuere omnes, & mi-
raculorum nouitate ita conterriti fuere, vt infinita
Ioã. Magn. in metropol. lib. 1. Gentilium multitudo, relictis idolis, ſpretiſque
paganorum ritibus, Catholicam Fidem ſuſcepe-
rit,

rit, & Chriſti Dei Filium, verumque Dominum eſſe, euidenti, ac manifeſta vitæ, & morum mutatione demonſtrauerit. Sed quod mirandum magis erat, Populi non ſolum Chriſtum, vt verum Dei filium, verùm etiam Sanctiſſimam Triadem humillimè colẽtes, eiuſdem altiſſimum myſterium mirabiliter perceperunt, antequam vicinioribus Nationibus, Sueuis nimirum, Gotis, Normanniſque dilucidaretur, ſiue ob deficientiam doctorum informantium, ſiuè ob terræ infertilitatem, ſiue ob ferinam ſæuitiam, quæ eodem tempore contra Chriſtianos maximopere acuebatur, iuxta proloquium Ieremiæ. *Ab Aquilone pandetur omne malum*. Dani inſuper ardore Charitatis accenſi, & diuina gratia ſuffulti, cum in diuerſis Regni partibus, aliquos in paganiſmi ritibus perſiſtentes, fideique Catholicæ aduerſantes recenſerent, omni adhibita diligentia, Regis Nobiliumque conſilio, & opera, Præſules, ac diuini officij Miniſtros, ad aſſiſtentiam Deo, Sanctiſque eius debitam, in Eccleſijs in dies vndequaque adauctis, ac nobilitatis, necnon ad populorum neceſſariam inſtructionem deſtinarunt. Quibus egregijs, ſanctiſque operibus, interni ſpiritus feruorem ad animarum Dei cultum directum, ſatisſuperque manifeſtabant, iudi-

Ierem. 1. ver. 14.

indicantes ſimul effectum diuinæ gratiæ, ſine qua nihil boni, aut meritorij à nobis effici poteſt, vt

Ioan. c. 15. Ioannes Euangeliſta Dei verbo teſtatur: *Sine me nihil poteſtis facere*.

Angel. Alman. Hiſp. in mà.ſcrip. Pro dictorum confirmatione operæ pretium duxi, hic ponere pulcherrimam, mirabilemque viſionem, apud fratrem Michaelem Angelum Almanara Hiſpanum repertam, & ab aliis relatam. Dicitur enim, quod quidam Rex Daniæ ex deuotione, qua ferebatur in tres Sanctos Reges ob munera, quæ Chriſto nato obtulerant, mandarit cuidam aurifabro, vt conficeret tres Coronas ex auro puriſsimo, quas ipſemet Rex tulit Coloniam, vbi corpora horum trium Regum quieſcebant, & adhuc quieſcunt. Sed cum ad Vrbem prænominatam veniſſet, inuenit eam ſumma miſeria, & paupertate oppreſſam; vnde miſericordia motus, ei dedit ſeptem millia librarum auri, & vnaquæque ſumma ad pretium octingentorum ducatorum aſcendebat. Eleemoſyna fuit ſanè regalis, & poſtea obtulit tres ſuas Coronas aureas his tribus ſanctis Regibus: ſed cum reuerteretur in Regnum ſuum, quadam nocte hi tres Reges in ſomno apparuerunt, quorum primus dicebat ſe eſſe Senem, ſecundus Iuuenem, & tertius Virilis ſe eſſe ętatis,

& Æthio-

& Æthiopẽ;Primus illi dicebat: bene tibi ſit Rex, & pax tecum, tibique Deus gloriam, & requiem dabit æternam; Alter ei dicebat:Valde liberalis erga pauperes fuiſti, ſed ſcito, te non miſiſſe aurum tuum in ſaccum pertuſum,tibi Deus centuplum reddet; Tertius illi dixit; Valde te deuotum exhibuiſti, & ego tibi dico ex parte Dei, quòd poſt quatuordecim annos morieris, & tunc te Nos tres iterum veneraturi viſitabimus, & tribus illis coronis, quibus nos coronaſti, coronabimus, vbi & Deus te coronabit corona ęternæ gloriæ. Primus iterum inchoauit diſcurſum, & obtulit illi vas aureum, dicens; Accipe hoc vas, quod deſignat ſapientiam, quæ tibi in regimine eſt neceſſaria. Secundus pariter illi obtulit vas myrrhà plenum, deſignans carnis mortificationem, quæ ad bonum ſubditis ſuis exemplum dandum confert. Tertius ſimiliter obtulit illi vas incenſo plenum, quod indicat clementiam, quam Reges exercere debent erga ſuos ſubditos afflictos. His dictis, & per actis Rex excitatus è ſomno, realiter,ſibi ea accidiſſe vidit, & aſſumptis illis tribus vaſculis ſibi cælitus datis,incredibili perfuſus lætitia,ad ſuum Regnum incolumis redijt,& quatuordecim annis inſtar Angeli de Cęlo miſſi, ſuum Regnum gubernauit:

quibus peractis obdormiuit in Domino, vt ipſi à tribus illis Sanctis Regibus prædictum fuerat, qui ipſi moribundo adfuerunt, & animam eius ad paradiſum tulerunt. Hoc præclarum miraculum refert etiam Pater Hermannus Crombachius Ieſuita in libro, cuius titulus eſt. *Primitiæ, ſeù Hiſtoria Sanctorum trium Regum*, in quo ad literam totum deſcibitur, & vt ipſe aſſerit, extractum ex collectore ſpeculi Ioannis Maioris. Addit etiam immediatè ipſemet Crombachius infraſcripta verba: *Comperi autem, dum hæc ſcribo; Cæſareanos milites recens ex Marchia Brandeburgica cum reliquis opimis ſpolijs, tres ſecum Pixides abſtuliſſe; fama eſt, Sanctorum trium Regum fuiſſe, literis vna repertis authenticis, quę fidem facerent; ſed earum vnam caſu quodam deperditam eſſe, binas reliquas in Bohemia propè Pragam ſupereſſe, & ſi vera eſt narratio, has eſſe, quas Rex Daniæ, ſæpè Brandeburgicæ Marchiæ dominatus, dono Sanctorum Regum accepiſſe cælitus dicitur.*

Herman. Cromb in Hiſt. ss. Regum.

INSI-

INSIGNES TRIVMPHI, AC mirabiles Virtutes Canuti Magni Regis Daniæ Sancti Canuti Aui.

CAPVT III.

VT igitur ad promiſſa procedamus, fuit alius pariter Rex Daniæ eodem Canuti Danicæ *Knud* nomine conſpicuus, eiuſdem noſtri ſancti Martyris Auus, ſuo tempore paſſim ab omnibus meritiſsimo iure nuncupatus, Canutus cognomine *Magnus*, anno poſt partum virgineum 1014. tempore Benedicti VIII. Summi Pontificis, & Henrici II. Imperatoris ad Regni ſolium aſſumptus; Qui animi generoſitatem Chriſtianæ pietati intimè coniunctam in tot præliorum diſcriminibus, aliorumque Regnorum comparationibus, euidenter longè latèque diuulgans, cunctis in locis ſummè ſe admirabilem reddidit: Porrò poſtquam Sanctus Ethelredus Angliæ Rex, anno 1016. ex hac vita mortali migraſſet, ac ad cæleſtem patriam euolaſſet, inter præmemoratũ Canutum Magnum, ac Edmundum (qui ab ali-

quibus Eduardus vocatur, licet malè (hic enim Eduardus frater erat ipſiuſmet Edmundi, & alter S. Ethelredi Filius, vt habetur ex alijs Hiſtoricis) in regio Angliæ ſolio ſucceſſorem, cruenta ſæpius commiſſa fuere prælia, in quibus Canuti exercitus non ſolùm ancipiti Marte aliquamdiu cum hoſte conſeruit, verùm etiam ad eas militares anguſtias, manifeſtaque pericula redactus fuit, vt præcellentiores Danici exercitus Duces, de fuga ineũda, non ſemel inter ſe deliberarint, niſi inuictus generoſiſsimi Canuti, ſtrictum dextera ſua enſem vibrantis, ſpiritus reſtituiſſet animos, fugatoque omni victoriæ diſcrimine, ad pugnæ proſecutionem excitatos milites, infinita Anglorum multitudine perterrita, ad glorioſum diſpoſuiſſet triumphum: ita vt poſtea Dani conſtanter ad necem potius, quàm ad fugam parati, ab hora diei nona in veſperam vſque præliati fuerint: & nec tunc quidem ceſſerunt, ſed, Luna lumen præbente, in hoſtem fortiter irruerunt, dum tandem Angli fatigati, & ſuorum ſtrage numeroſa compulſi, fuga ſibi conſuluerint, relicta penès Danos victoria, obſequium, ac fidem Canuto Magno inſuper pollicẽtes. Edmundus igitur talia aduerſa proſpiciens, ſe Canuto viribus, ac fortuna longè imparem eſſe

cernens

cernens, ne regno ſuo totaliter exueretur; paciſcendo, inglorias haſce, pacis adipiſcendæ conditiones coactus eſt decernere; nimirum viuens medietatem Regni ſui Canuti dominio cederet, moriens verò eundem vniuerſalem poſt ſe hæredem inſtitueret, provt hoc totum deinceps Saxo Grammaticus hiſce verbis clariſsimè teſtatur (ſecluſa nominis æquiuocatione) *Eduardus contuſis ſuorum animis, intolerabilem Danici exercitus ſpiritum animaduertens, quia manum non poterat, pactum cum hoſte conſeruit, vt, quoàd ipſe viueret, Canutum conſortem dimidij Regni haberet, exſtinctus omnium bonorum hæredem relinqueret.* Tranſacto ſeptennio contigit, vt Canuto menſæ regię accumbente, nonnulli dapes regias, lætitia fauſti nuntij perfundere, & condire volentes, regium Triclinium ingreſsi, Edmundum iam Regem Angliæ, coniurata eorum opera trucidatum nunciarent, eique proinde veluti ex pacto totius Angliæ Hæredi & ſucceſſori, nouoque Regi feſtiuè applauderent, ſperantes ſe hoc perpetrato Regicidij facinore, Canuti gratiam, & beneuolentiã arctius ſibi deuincturos eſſe; Obſtitit autem eorum opinioni eximia Canuti in Deum, & proximum pietas & æquitas. Canutus etenim, vt Princeps verè Catholicus gloriæ ſuæ

HectorBoet lib. 12.

Sax. Gram. lib. 10 Hiſt. Dan. f. 174.

riæ ſuæ

riæ ſuæ incrementum, nouique Regni conſecutionem nihilipendens, e contra verò commiſſo in Edmundum Regem immani ſcelere grauiter cõmotus, omnes huiuſce coniurationis, & temeritatis reos, crudeli iuſsit, & lethali affici ſupplicio, vt ſic iuſto Dei, & Regis iudicio, iuſtas grauiſſimi ſceleris ſui pænas exſoluerent. Rem totam Saxo Grammaticus hiſce verbis recenſet: *Septenis poſtmodum elapſis annis, quidam Triclinium, in quo Canutus epulabatur, ingreſſi, totius Angliæ Regem clamare cæperunt: tunc illi functum miniſteriũ, incauto confeſſionis officio proſecuti, Eduardum ſua interemptum opera iactitabant, eo ſe Regi placituros rati, quo ſummam eius offenſam accenderant, in quos perinde vt Maieſtatis inſidiatores, præparati præmij loco, ſuſpendio pretinus animaduertendum curauit. Quamquam enim ſe acri æmulo liberatum cognoſceret, ſceleri tamen pœnam, quam vtilitati gratiam referre maluit*. Poſtea maiora clementiæ ſuæ ſpecimina editurus, ſuos in Normanniam legatos tranſmiſit, vt Emmam Ethelredi Sancti Regis viduam, ibidem exulantem in coniugem de eius conſenſu ſibi adoptaret, & in priſtinum ſolium reſtitueret, quò eam triſtium ſimul, & lætorum ſociam haberet. Statimque per Angliam, Monaſteria bellis ſuperio-

Sax. Grãm. libro 10 Hiſt. Dan. f. 192.

rioribus aut diruta, aut fœdata reparauit, quædam etiam à fundamentis de nouo excitata, Præſulibus additis, redditibuſque ampliſſimis locupletauit; Baſilicam præterea in honorem Sancti Edmundi Martyris, olim à popularibus trucidati, regia planè magnificētia exſtrui voluit, omniaque Anglicana Cænobia, tum elegantia, tum amplitudine domorum, illuſtriora reddidit; Quin etiam, vt Epiſcopi, pietate, & doctrina fulgentes, ex Anglia in Daniam tranſmitterentur, curam habuit.

Anno 1018. Sancto Olao Noruegiæ Rege mortuo, Regnum illius iuſtis de cauſis protinus inuaſit, cuius proinde ingenti populorum copia annuente, ſicut & Sueciæ, Slauiæ, & Sembiæ Regnorum Rex, & Monarcha ab omnibus proclamatus fuit, vt Saxo Grammaticus hiſce verbis refert: *Igitur Canutus ſex præpollentium Regnorum poſſeſſor effectus, eximio ſui fulgore etiam Romanum illuſtrauit imperium*: Quia verò ſe hæc Regna à ſupremi Monarchæ, Dei videlicet, in cuius manu ſunt omnes poteſtates, & omnium iura Regnorum, voluntate aſſecutum eſſe non dubitabat, vt debitas, pro tot beneficijs gratias referret, Romam ſe conferre ſtatuit, vbi anno 1031. à Ioanne Vigeſimo primo, illius temporis Summo Pontifice, Sax. Grām. lib. 10. f. 17.

regio

Digitized by Google

regio cum apparatu, paternoque affectu, qualis adeò deuotum, Sedique Apoſtolicæ addictiſſimum Principem decebat, honorificentiſsimè exceptus fuit. Romæ autem breui tempore conſtitutus, ad Principis Apoſtolorum Petri Baſilicam ſe tranſtulit, cui præter eximiam pietatem, & Sepulchri Apoſtolici venerationem, Rege digna, pretioſiſsimaque donaria obtulit, votoque ſe inſuper expreſſo, & publico obſtrinxit, talem ſe deinceps inchoaturum eſſe vitæ rationem, vt ex eius actionibus non obſcurè colligi poſſet, ſe ſuperioris vitæ criminum, ex animo pænitere, ſicuti poſtea ex ſummæ pietatis operibus, & præcipuè eleemoſynis, prodiga manu vbique locorum pauperibus diſtributis, necnon ex peculiari deuotione, qua omnes Eccleſias, locaque Sacra tam intra Vrbem Romę, quàm extra conſiſtentia, celeriter inuiſit, ac humillima, exemplarique animi ſui ſubmiſſione eſt veneratus. Tandē ingentibus, præclariſque beneficijs, non ſolùm à Sūmo Pontifice, verùm etiam à ſupremo rerū Conditore, eiuſdem diuina affluente gratia, perceptis decoratus, in prægustata animæ ſuæ dulcedine, & in perfecta cō triti ſui cordis lætitia, Daniam verſus feliciter iter repetiit. Hoc totum ipſemet aſſeruit ſequenti epiſtola,

ſtola, ad Archiepiſcopos, & Epiſcopos ſuorum Regnorum tranſmiſſa, æternę memoriæ tradenda.

Cannutus Rex totius Angliæ, & Danimarciæ, & Noruegorum, & partis Suenorum, &c. Ethelnoto Metropolitano, &c. Notifico vobis me nouiter iuiſſe Romam, Oratum pro redemptione peccaminũ meorum & pro ſalute Regnorum, quique meo ſubiacent regimini populorum. Hanc quidem profectionem Deo iam olim deuoueram, ſed pro negotijs Regni, & cauſis impedientibus, hucuſque perficere non poteram. Nunc autem ipſi Deo omnipotenti valdè humiliter gratias ago, qui mihi conceſſit in Vita mea, Sanctos Apoſtolos ſuos, Petrum, & Paulum, & omne Sanctuarium, quod intra Vrbem Romam, aut extra addiſcere potui, expetere, & iuxta deſiderium meum præſentialiter venerari, &c. Quà propter Deo Omnipotenti gratias magnificas reddo, quia omnia, quæ deſideraueram, prout mente decreueram, proſperè perfeci, votiſque meis ad velle ſatisfeci. Nunc autem notum ſit omnibus vobis, quia ipſi Deo Omnipotenti ſupplex deuoui vitam meam amodo in omnibus reformare, & Regna mihi ſubdita, populoſque iuſtè, & piè regere, æquumque iudicium per omnia obſeruare, & ſi quid per mea iuuentutis intemperantiam, aut negligentiam hactenus præter id, quod iuſtum erat, actum eſt, totum

Iſaac. Pont. lib. 5. Hiſt. Dan. f. 156.

Deo auxiliante, deinceps diſpono emendare, &c.

Ad tam præclarum bonitatis, ac perfectionis gradum, Canutus Magnus conſcendit, vt nullo modo eos, qui adulatorijs verbis, iuxta Aulicorum morem, ipſum aliquando alloquebantur, auribus percipere poſſet, neque illos admittere, qui condecentibus licet titulis, eius regiam Maieſtatem venerabantur. Contigit autem quadam die, quòd Rex propè littus maris haud procul a ſuthantonenſi portu deambularet, ad quem locum quidam nobilis ad Regem inuiſendum accurrens, tali methodo eundem ſalutauit. Deus propitius ſit tibi ò Rex omnium potentiſſime, Quamuis autem cuncti Aulæ Regiæ Miniſtri concomitantes, hilari facie talem ſalutandi modum, vt ſuo Regi conſentaneum, non vulgari applauſu exciperent, Rex Canutus tamen, tanquam maxima iniuria affectus, & horrēda execratione commotus, irato vultu, acribuſque verbis, talem reſpuit ſalutationem Poſtea ipſemet Pijſſimus Rex, iuxta aquas maris ſedens, ſuamque regiam veſtem extendens, ſequentia verba protulit. Præcipio tibi ò Mare, vt meæ ditioni ſubiectum, ne aſcendere audeas, multòque minus meam perſonam, ac Regiam veſtem abluere, quo dicto ſtatim vnda ſu-

da ſupereminens à capite vſque ad pedes, Regem aqua perfudit; vnde ad ſuos denuò ſe conuertens, talia verba ſubiunxit; Vos me potentiſſimum Regem, maximumque Dominum vocare non erubeſcitis, & tamen parua aqua, ſub mea poteſtate conſiſtens, meis mandatis ſatis ſuperque inobedientem ſe manifeſtat, ex hoc illati mihi tituli improportionem clarè percipere debetis, ſolumque, Deum Dominum potentiſſimum recognoſcere, cuius voluntati ac potentiæ nec Terra, nec Mare, neque omnia, quæ ſub Cælo ſunt, reſiſtere poſſunt. Vnde tàm præclara humilitatis virtute munitus à terrenis diuitiarum affluentijs, honoribuſque, cum poteſtate coniunctis, alienus, & ad ſublimia, cœleſtiaque Spiritus eiuſdem ſubleuatus, congruenti, ſanoque diſcurſu ab omnibus dignoſcebatur; vti Iſaacus Pōtanus hiſce verbis affirmat. *Qua erga ſummum rerum moderatorem animi dimiſſione, neſcio, an quiſquam Chriſtianorum Principum Canuto præferri debeat*. Et certè è gentium Imperatoribus, aliqui, vt apud Græcos Alexander ille Magnus, diuinitatem affectarunt, at vero Canutus, vt vera erga Deum pietate maior fuit, ita ipſi Auguſto, quod ad hanc ciuilitatem attinet, parem ſe geſſit. Nam primus fuiſſe Auguſtus legi- Iſaac. Pont. lib. 5. Hiſt. Dan. f. 160.

legitur, qui Aulicorum eiuſmodi blanditias corripuerit, ſeque Dominum appellari, ne à liberis quidem, aut Nepotibus ſuis, vel ſeriò, vel ioco paſſus fuerit, ſed alia multa ſunt, quæ eius pietatem prolixè teſtari poterunt: nec repeti debet ille inſignis in diuina cultus, quem Emmæ Encomiaſtes in Sancti Audomari Vrbe eiuſdem Monaſterii, cum per ea loca tranſiret, ſe oculatum teſtem obſeruaſſe, pluribus meminit; Sed tantùm quod in Annalibus Angliæ refertur; Pijſſimus hic Rex Canutus Magnus in memoriam prȩlij, prope Aſdunum, aduersùs Edmundum commiſſi, in quo is cũproſpera initio pugna Danos profligaſſet, verſa exinde fortuna, ab illis, vt ſupra memoratum eſt, fuit ſuperatus, templum non eo tantum loco traditur poſuiſſe, ſed etiam ad alia, in quibus contra Anglicanos milites, bellici ſæuiores conflictus perpetrati fuere, ſe tranſtulit, inquirẽdo præcipuè, quæ interfectorum ſanguine magis labefactata eſſent, & in ijſdem Ædiculas, & Eccleſias exſtrui iuſſit, vt ibidem orationibus ad Deum effuſis, ad illarum animarum adiutorium impetrandum, occaſio proxima præberetur: Addunt etiam ijdem Chronologi memorabile, Ruſticos Ebulum, quod ſanguineæ baccæ, iuxta locum iam dictum, copioſè

ſè ceciderint,non alio nomine, quàm *Danske Blod*: ideſt, Danorum ſanguinem, etiam nunc appellitare; ob atrocitatem ſcilicet, conflictus, & ſanguinis vtrimque eo locò copiam effuſi. Tali Canutus, verè Magnus, animi altitudine, ac modeſtia Chriſtiana inſignis, & eximijs pietatis,charitatiſque operibus addictus, vt Regnum inſuper laudatiſſimis ſtatutis ornaret, ciuilia etiam iura ſibi curæ, ac cordi eſſe oſtendens, omnia, quæ pro bono Angliæ regimine congruentiora exiſtimauit, quatuor libris in conſilio Oxonienſi approbatis, confirmanda, ac firmiter ſtabilienda, curauit, ſimulque omni adhibita diligentia incubuit, vt in cunctis Regnorum ſuorum partibus, diuinarum Sanctionum, præceptorumque Eccleſiaſticorum exacta, & inuiolabilis obſeruantia, ad maiorem Dei, ac Sanctorum honorem apud omnes vigeret. Ideo enim, vt hoc melius, commodiuſque ab omnibus perfici poſſet,prodiga manu,nouis ijſque redditibus ſtabilibus aſſignatis, tam Eccleſiarum, quàm Eccleſiaſticorum, quos ſummopere diligebat, ac venerabatur, prouentus magis auxit, & inter alia præclarè geſta Vintoniam profectus, vt Polidorus Virgilius teſtatur, Coronam, quam geſtabat,Capiti ſimulachri Chriſti Crucifixi, quod intem-

Iſaac-Pont. lib. 5. Hiſt. Dan. f. 160.

Sax. Gram. lib. 10. Hiſt. Dan. f. 179.

Polid. Virgil. lib. 7. in templo Apoſtolorum Petri, & Pauli pendebat, ſuis manibus impoſuit, nunquam poſthac eiuſdem ornamento capitis vſus. Et habetur in Monaſtico Anglicano, Londini impreſſo anno 1656. per Rogerium Dudſuorsh, & Gulielmum Dugdal; Inter alia quæ exſcribit, è Chronicis Geruaſij Dorobernenſis, in Biblioteca Cottoniana ſeruatis de Caruto Magno. *Anno Domini 1023. Canutus Rex dedit Eccleſiæ Chriſti in Dorobernia portum de Sandroico cum Corona ſua aurea, quę adhuc ſeruatur in capite Crucis maioris in naui eiuſdem Eccleſiæ, &c.*

Geruaſ. Dorober. in Chron. f. 21

Dicta enim Eccleſia Chriſti in Dorobernia, eſt Eccleſia Cathedralis Cantuarienſis, vbi Sanctus Thomas occiſus, & ſepultus eſt, & idem Geruaſius, è cuius Chronicis hæc ſunt excerpta, floruit poſt Henricum IV. Angliæ Regem, quia eius Chronica de antiquitatibus Monaſterij Cãtuarienſis perueniunt ad illud tempus. Denique nullo veri Catholici, pijſſimique Regis officio relicto, Anno 1036. ex hac mortali vita migrauit, & ad Cęleſtem patriam, vt piè creditur, translatus fuit, ſepultuſque in Cathedrali Eccleſia Vintonienſi, vt Matthęus Monaſterienſis impreſſ. Londini affirmat, *hiſce Verbis Anno gratiæ 1535. Rex Anglorum Canutus &c. deinde in Angliam rediens, pridie idus Nouembris*

Matth. Monaſteriẽ. fo. 409.

bris apud Septoniam, diem clauſit extremum, &c. Sepultus eſt autem apud Vintoniam in Veteri Monaſterio, more regio. Exemplares eiuſdemque inſignes virtutes, ac præclara merita, Saxo Grammaticus ſequenti Elogio ad æternam memoriam clarè inſinuat.

Hunc Canutus exitum habuit, quod nemo noſtrorum Regum tametſi plura alij victorijs illuſtrauerint, ſplendidior fuerit. Adeo enim operum eius magnitudinem propitia famę fides auxerat, vt quos rerum geſtarum gloria pares habuerit amplitudine claritatis excellat: Cumque aliorum Splendorem ignorantiæ obſcuritas, ac vetuſtatis rubigo perederit, huius decus longæ famæ vſurpatione ſubnixum perpetuis memoriæ fructibus reuireſcit, ſiquidem Sanctitate, ac fortitudine inſtructiſſimus, non minus Regnum, quàm Religionem proferre curæ habuit. Quippe cum bellicis latè titulis inclaruiſſet, placidiori ſtudio vſus, ex fiſco ſuo compluribus in locis priuatorum Clericorum conuictu inſtituto, cellularum frequentiam nouis conuenticulis auxit, ſacrorumque venerationem, quam maximam ſemper exhibuerat, regiarum opum impendio ſtipendijs multiplicauit, Sacrum quoque ordinem vberiorem reliquit, ne ferociæ propior, quàm pietatis officijs videretur, æquam ſibi vtriuſque laudem adijcere cupiens, Sax. Grãm. lib. 10. Hiſt. Dan. f. 182.

piens,

piens. Cuius ſtudij induſtria ad tantum claritatis lumen acceſsit, vt cum fortiſsimorum Regum bellica virtus antiquitate exolcuerit, eius famam gloriæ quæſtu opulentiſsimam, tenaciſsima poſteritatis agnitio comprehenderit.

Voluit etiam Gerardus Mercator in Atlante, ſequenti poëmate, Inuictiſſimi Regis Canuti Magni glorias, Triumphoſque breuiter indicare, licet vt Iſaacus Pontanus aſſerit, in enumeratione Regnorum, ab ipſo acquiſitorum deficiens cenſeatur.

Gerardus Merc. in Atlan.

Deſine mirari, quos garrula laudibus effert
Græcia, quos iactat, Roma ſuperba Duces.
Danica non vlli veterum virtute ſecundum
Edidit Hiberno terra propinqua freto.
Facta mihi Magni pepererunt inclyta nomen;
Quinque ſub Imperio Regna fuere meo.
Me ſibi delegit Socerum, qui tertius Orbis
Arbiter Henricus nomine ſceptra tulit.
Iuſtitia præclarus eram, Regeſque potentes
Subiectos docui legibus eſſe ſuis.

VICTO-

VICTORIAE OBTENTAE à Duce Suenone S. Canuti Genitore, in prȩlijs contra Magnum Regem Daniȩ, & Haraldum Regem Noruegiȩ habitis; Item eiuſdem Suenonis euectio ad Dominium trium Regnorum.

CAPVT IV.

ANno 1048. temporē Damaſi II. Summi Pontificis, & Henrici II. Imperatoris, magna, & cruenta prælia inter Suenonem, lingua Danica *Suend*, Sancti Canuti Genitorem, & Regem Daniæ, nomine Magnum, Danicè *Mogens*, perpetrata fuere. Exiſtimabat enim Sueno, Regnum meritò, immò de iure ſibi deberi, non ſolùm ab ſuam regii ſtipitis legitimam progeniem, verùm etiam ob publicam populorum acclamationem; Et paulo poſt inter eundemmet Suenonem & Haraldum Noruegiæ Regem, ſimiliter bella inſurrexerunt; in vtroqne autem conflictu egregius Sueno, concuſſis, diſſipatiſque amborum exercitibus, internecione vnius, & fu-

ga alterius, inſignibus cumulatus triumphis, demum ad ſublime trium Regnorum dominium, magna cum gloria extollitur, & omnium Procerum ſuffragiis, ſecundus huius nominis Rex Daniæ proclamatur, annuētibus quoque viua voce vndequaque populis, qui manifeſtis ſignis immenſam cordis lætitiam exprimentes, ſuum nouum Principem venerabantur; Et meritò quidem fælices ſe, & fortunatos auctumarunt, quandoquidem ipſe Rex Sueno non vulgari conſtantis animi ſui generoſitate, licet viribus inferior, enſem dextera fortiter vibrans, illos proprio marte à potentibus, ferinîſque hoſtibus liberauit, namque eodem tempore, quo non ſolùm de quiete, ac libertate deſperabant, verùm etiam imminens propriæ vitæ periculū proſpiciebant, ab omni calamitate eripuit; vbique locorum, intra ambitum Regni, tutiſsimam pacem ſtabiliuit, et firmis fundamentis conſolidauit. Attamen hiſce heroicis præclariſque operibus minimè acquieſcens, ſuoque animo reuoluēs, quid ferus fortaſſe veſper aduehere poſſet, nouis fortalitiis optimè conſtructis, & æquè ſollicitè munitis, nec non neceſsarijs circumuallationibus, ad tutiſſimam defenſionem apprimè conſtitutis, cuicunque potenti, ac ſupremo Principi totum Regnum

inſu.

inſuperabile, ac formidandum reſtituit. Licet autem Rex Sueno, ſe trium Regnorum Dominum, & ad tam ſublimen gloriæ gradũ feliciter conſcendiſſe, conſideraret, quibus honoribus, ac heroicis prærogatiuis inſignitus, non ſine fundamento, ſe Macedonis, ac Scipionis Africani fortitudinem, animique conſtantiam aſſecutum ſibi polliceri potuiſſet, nihilominus omnis ſuperbiæ, & arrogantiæ iuratus hoſtis, tam regalis beneuolentiæ, quã fraternę dilectionis ardore populos proſecutus eſt, eorumque incrementum, commodum, & libertatem inuicto virtutis ſuæ robore communiuit.

REX SVENO DVCIT IN Vxorem Giutham, ſuam conſobrinam, ſed à Summo Pontifice monitus, ſtatim eam repudiat.

CAPVT V.

VIxit aliquamdiu Rex Sueno impudicitijs, actibuſque venereis valde addictus, naturali eum, ſed praua inclinatione fortiter excitante, denique huic malo, quod Magnum

meritò recenſebat, obuiare cupiens, in aliud magis graue imprudenter incidit, adoptando ſibi in Coniugem, abſque vlla Summi Pontificis diſpenſatione, ex prima Suecorum nobilitate, præclariſſimam fæminam, nomine Giutham, ſuam conſobrinam, & licet ab Epiſcopo Hamburgenſi (qui hoc ſcandalum tuta conſcientia ſufferre, & diſſimulare non poterat) multoties monitus, verbiſque minatorijs ad illam deſerendam, atq; deteſtandam grauiter culpatus fuiſſet, tamen peculiaris affectionis & concupiſcentiæ catenis obſtrictus, necnon ſua ingenti potentia, regiaque authoritate, qua ſatis ſuperque matrimonium illud cohoneſtatum putabat, valde roboratus, eiuſdem Epiſcopi monitiones paruipendit; Vnde Epiſcopus rationabili cauſa, prudentique zelo commotus, totum negotium Leoni Nono, tunc temporis Summo Pontifici, denunciandum curauit, cuius debitis monitionibus verbiſque accommodis, in literis Apoſtolicis expreſſis de an. 1050. Rex Sueno ita permotus ac perterritus fuit, vt ſtatim eam repudiauerit, & ad ſuam patriam celeriter tranſmiſerit; vbi deinceps eiuſdemet Suenonis adhortationibus, viduali habitu Giutha incedens, & ad Suecos exinde regreſſa, maxima cum honeſtate, caſtimonia morumque

Sax. Gram. lib. 11. Hiſt. Dan. f. 187. & 88.

Barō. lib. 11 fol. 176.

Adam. Bremen lib. 3. cap. 12.

exem-

exemplari integritate, vt Saxo Grammaticus refert, vixit; & laudabiliter dies compleuit. *Ginta quoque paternos penates repetens, ſuſceptis viduitatis inſignibus, cum ſumma morum ſinceritate conſenuit, caſtitatemque votis profeſſa, virilis concubitus experientiã abdicauit. Sanctitatis ſiquidem amplexa propoſitum, reliquum vitæ tempus celebs exegit.* Adduntque Annales Suetici, ipſius vocabulo Virginum Monaſterium ibidem exſtare, ab ipſamet fundatum, eiuſque ſepultura honoratum. Sax. Grãm. lib. 10 Hiſt. Dan. f. 178.

Ex hac improuiſa, ac prudenti mutatione, Regis Suenonis probitas apud omnes magis enituit, eo quòd ipſe tanta ſubmiſsione & timore, Pontificiam authoritatẽ ſuſpiceret, ac veneraretur, quod idem etiam tempore Alexandri II. Summi Pontificis oſtendit, tranſmittendo ſtatim ad Sedem Apoſtolicam ſolitum cenſum, quantumuis ab ipſomet Pontifice, hortationibus paternis tantùm ad ſoluendũ requireretur; hoc in literis de anno 1062. manifeſtè apparet.

ALEXANDER &c. Dilecto Suenoni Regi Danorum &c. Inter cætera, quæ propter prudentiam tuam admonemus, vt cenſum Regni tui, quem Prædeceſſores tui perſoluere ſoliti ſunt, Nobis, & Succeſſoribus noſtris tranſmittere ſtudeas &c. Baron. lib. 11. fol. 327.

Eodem

Eodem modo ſe geſſit, ſollicitè exequendo; quod à Gregorio VII. Summo Pontifice ei fuit impoſitum, vti in literis de anno 1075. ſequentibus verbis oſtenditur.

GREGORIVS &c. SVENONI Regi Danorum &c. Apud Anteceſſores noſtros iuris, & conſuetudinis erat, charitatis Legationibus docere viam Domini &c

Tam inſigni, reuerentique obſequio, Summis Pontificibus præſtito, ad ſublimem præclariſſimarum virtutum gradum conſcendere meruit, quibus etiam glorioſam ſui memoriam poſteritati reliquit, quod totum bene recenſuit, clarèque inſinuauit ipſemet Gregorius Septimus in literis Apoſtolicis, exaratis anno 1077. ad Haraldum eiuſdem Suenonis filium, ac in Regni dominio Succeſſorem, tranſmiſsis, in hæc non vulgaris admirationis verba.

Baron. lib. 11. fol. 156.

GREGORIVS &c. Haraldo Danorum Regi &c. Sancta, & vniuerſalis Mater noſtra, Eccleſia Romana ſcilicet; Quanta dilectionis & amoris inſtantia erga Patris tui curam, & honoris ſui ſollicitudinem inuigilauerit, te plenè noſſe, nec tui memoria excidiſſe non dubitamus; Videlicet cum ipſe reminiſci poteris, quàm puram ſemper in omnibus ſeruitutis & debitæ obedientiæ reuerentiam, circa Beati Petri Apo-

ſtoli

ſtoli honorem exhibuerit; ſuis namque temporibus, vt Apoſtolica teſtatur Eccleſia, tam deuotum, tam fidum, tamque vnicum in amoris ſui ſtudio fuiſſe filium nouimus, vt penè in Regibus non inueniretur ſecundus &c.

SVENONIS REGIS PROBItas, ſpiritualibus, ac Eccleſiaſticis operibus magis eluceſcit.

CAPVT VI.

INuictiſſimi Regis Suenonis facta ſublimia, exemplareſque virtutes nō ſolùm in glorioſa Regnorum comparatione, ac reuerentiſſimo Summis Pontificibus praſtito obſequio, ſed magis ac magis in ſpiritualibus operibus excreuerūt, atque reſplenduerunt, dum ipſe tanquam verus Catholicæ perfectionis æmulator, necnon diuinarum, & Eccleſiaſticarum inſtructionum ad propagandam Fidem, animaſque lucrandas ſtatutarum obſeruantiæ addictiſſimus, copioſis cum redditibus duos Epiſcopatus inſtituit, vnum Lundenſem, Dalbienſem alterum, paulò poſt duos alios,

Borchlu-

Borchlumenſem, Danicè *Alborre* ſcilicet, & Viburgenſem, lingua Danica *Viborre*; Magnificis inſuper, ſpecioſiſque ſtructuris Eccleſias nobilitauit, necnon ſplendidiſsimis paramentis, omnique neceſsaria ſupellectili munitas auguſtè adeo expoliuit, vt ipſęmet deinceps Eccleſiæ ſplendore ſuo, & admirando nitore, ad diuinum cultum perſoluendum, tanquam ſpiritualis magnes animos efficaciter attraherent, quibus pietatis operibus indies magis inhærendo, Eccleſiaſticum patrimonium Archiepiſcopis, Epiſcopis, Sacerdotibus, Clericiſque affluenter auxit, & vt nihil ad perfectam charitatem deficeret, in Orphanos, Viduas, Pupillos & cuiuſcunque generis pauperes, proprijs diſtributis ſubſtantijs, firma ac ſolida fide, verba diuina recoluit, ab Apoſtolo Matthæo relata, nempè; *Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis*.

S.Matth.c.5

Poſt hæc Rex Sueno ſuam filiam, nomine Siritham, Godeſchalco Slauiæ Duci ſtrenuo, prudentique viro in coniugem dedit, quod matrimoniũ pro bono Catholicæ Religionis, animarumque lucro ſatis proficuum iudicauit, vti poſtea euentus docuit, dum eiuſdemmet Suenonis conſilio & adhortationibus, Godeſchalcus excitatus, atque

diſpo-

diſpoſitus, in Slauos arma conuertit, eoſque tùm proprijs viribus, tùm etiam copijs auxiliaribus, ab ipſo Suenone ſubrogatis, ita perdomuit ac ſubiectos reddidit, vt pacem ſummoperè cupientes, omnia à Principe imperata ſe promptè facturos promitterent: Denique anno 1066, tam proſperè rebus fluentibus, Saxonum etiam auxilio ſuffultus Godeſchalcus, quatuor præcipuas Nationes, Circipinos, Chizinos, Tholozantes, Retheros, & alias poſt cruenta prælia, varioſq; conflictus, ac multa Paganorum millia, partim interempta, partim carceri mancipata, ſuis Mandatis, vt parerent, effecit, & quod maius eſt, infinitam populorum multitudinem ad fidem Catholicam perduxit; His omnibus tranſactis Rex Sueno, ſumma cordis hilaritate perfuſus, ſuum intentum de Chriſti fide diſſeminanda adimpletum eſſe cognouit; Quam autem inſignis eodem in bello Godeſcalchi opera fuerit, egregia Suenonis oratione in laudẽ eiuſdem Principis, & querimonia contra Saxones, demonſtratur, vbi inter alia horum præcipuè auaritiam magis, quàm promouendæ pietatis ſtudium culpauit: Ecõtra verò honorificentiſſimis titulis, operi tam heroico congruentibus, Godeſcalchi Principis Apoſtolicam, ac militarem

virtutem ſummopere commendauit. Hanc Suenonis orationem Adamus Bremenſis recenſet, eãque proprijs auribus, vtpotè præſentem, ſe percepiſſe teſtatur, refértque Iſaacus Pontanus. Erat enim tunc temporis Bremenſis Ciuitas, vigilanti aſsiſtentia Alberti Archiepiſcopi, Principis Bauariæ Germani, longè latèque percelebris, necnon à populis præcipuè Borealibus vndequaque confluentibus, ſummopere frequentata; Adeo enim excreuit eorundem pietas, vt ab extremis non tantùm Islandis, Gronlandiſque, verùm Orcadum Inſulis, literis ad præmemoratum Albertum tranſmiſſis, pari omnium voto eædem Nationes Chriſtianæ, ac Catholicæ Religionis Antiſtites enixè peterent, vt ipſorum monitis Apoſtolicíſq; prædicationibus inſtruerentur; quibus petitionibus, prompto lætoque animo Archiepiſcopus annuẽs, inſignes, necnon ſcientia, morumque candore præclaros viros, in negotio tanti ponderis traſmittendos, curauit; inter quos vnus nomine Islauus, doctrina, & vitæ exemplaritate perſpicuus, poſt infinitam animarum multitudinem ad diuinum cultum, eius vigilanti opera reductàm, Anteſignani titulo ab omnibus meruit condecorari. Erat enim in totum Septentrionem adeo dilatata, ac

Iſaac. Pont. lib. 5. Hiſt. Dan. f. 188.

pro-

propagata Catholica Religio, vt idemmet Albertus Archiepiſcopus, de Synodo, apud Danos celebranda, decretum condiderit, idque cunctis Boreæ Epiſcopis inſinuauerit; Acceſſerunt etiam ad executionem procurandam, firmandamque, literæ Alexandri II. Summi Pontificis, necnon Suenonis Regis conſilium, vti totum in Annalibus Bremenſium exſtare, Iſaacus Pontanus aſſerit. Apud Slauos autem, dum voce, & armis Soceri Suenonis adiutus Godeſcalcus, indefeſsè incumberet, vt confirmarentur Neophyti, & etiam vt, qui nondum erant ad fidem conuerſi, lucrifierent, Godeſcalcus á Paganis aliquibus ex improuiſo captus crudeliter trucidatus fuit, vir omni Æuo memorandus ac iure optimo illius ſæculi verè Machabeus; Martyrij verò Coronam ſubijſſe, Annales referunt, in Oppido Leontij, vij. Idus Iunij, vnà cum Presbytero Eppone, quem iuxta Altare, cui actu deſeruiebat, tanquam victimam innocentem immolatum tradunt. Poſt has duas cædes, Sanguine Innocentium roborati, Aſſuerum quoque Monachum Benedictinum, vt Stephanum lapidibus obrutum, interſecerunt die 6. Nouembris eiuſdem an. 1066. Ioannes Scotus quoque Epiſcopus, poſtquam peregrinationis amore, ac prædicationis ſpiritu, è Sco-

tia ad Slauos deueniſſet, & millia aliquot Slauorum ad Chriſti fidem perduxiſſet, Rathiæ in Oppido Metropolitano Slauorum fuſtibus cæſus, ceruice tandem gladio amputata, vi. Idus Nouembris, mortem pro Chriſto ſubiuit, eiuſque caput in titulum victoriæ, Idolo, ipſorum nomine, Rathegaſto, perfidi homines cōſecrarunt. Tot ſceleribus perpetratis minimè contenti, immo magis in quæuis flagitia animoſiores, regio quoque ſanguine ſpreto, Siritham Suenonis Regis filiam, ac iam Godeſchalchi vxorem, omnibus nudatam ornamentis, vnà cum alijs honeſtiſſimis Matronis, per vicos & plateas, verberibus exanimatam, immaniſſimè trucidarunt. Acceſſerunt poſtea ad Regis Suenonis aures, internecionis filiæ & Generi funeſta nuncia, & licet naturaliter, rationabilique cauſa commotus, internam cordis mœſtitiam lacrymis, ac querimonijs exprimere cogeretur, nihilominus pijſſimus Rex magnum animarum lucrum, præclara merita, ac memorabilem gloriam vtriuſque ob animi conſtantiam, necnon perfectam fidei confeſſionem corde ſuo reuoluēs, omni naturali impulſu edomito, ſingula ex diuina prouidentia, & permiſſione proceſſiſſe iudicauit. Hiſce heroicis operibus Rex Sueno ſemper magis

inhæ-

inhærens, quiete corporis animæque maturè deſiderata, domi pacatè reſedit; ibique religioſos viros, ac doctrina conſpicuos ſibi familiares admiſit, inter quos Adamum Bremenſem, ob rerum antiquarum ſtudiū, gratum habuit, ſed magis charū ſibique coniunctum Gulielmum, Roſchildiæ, Danicè *Ro-ſchild*, Epiſcopum, qui non ſolū doctrina, virtutibuſque omnibus præclarus erat, verùm etiam vitiorum acerrimus cenſor, iudexque incorruptus, veri, zelantiſque exēplar Prælati, qui meritò habeatur imitator indefeſſus ſupremi illius Patris & Paſtoris, qui *quos amat corrigit, & caſtigat.* Apocalypſ. c. 3. ver. 19.

MIRABILIS EPISCOPI GVLIELMI zelus, & publica Regis Suenonis pænitentia, ob homicidium, eius iuſſu in atrio Eccleſię perpetratum, vbi poſtea ipſemet Rex ab Epiſcopo abſoluitur.

CAPVT VII.

VEhementi animi paſſione Rex Sueno excitatus, atque commotus, homicidium cōmitti iuſſit in atrio Eccleſiæ Sanctiſſimæ

mæ Trinitatis, Ciuitatis Roſchildienſis. Porro Epiſcopus Gulielmus, ſacrilegum crimen inſolito ſilentio ad tempus diſsimulauit, nam homo prudentiæ non vulgaris, necnon diuini, atque Eccleſiaſtici honoris defenſione zelatus, tempus, pro maiori, exemplarique Regis mortificatione, omni familiaritate ſemota, magis opportunum expectandum decreuit; contigit autem poſt aliquos dies, quòd Rex Sueno Aulæ Regiæ Nobilibus, ac Miniſtris concomitantibus, iuxta ſolitum morem ad eandemmet Eccleſiam Sanctiſſimæ Trinitatis inuiſendam, iter aggrederetur: monitus eodem tempore Gulielmus, ſtatim veſtibus Sacris indutus, necnon baculum in inferiori parte acuminatum manu geſtans, ad Eccleſiæ ianuam ſe tranſtulit, vbi nullatenus Regiæ maieſtatis ſummæque potentiæ ſplendore perterritus, ſed maximè hiſce verbis, *potiùs mori quàm fædari*, roboratus, atque munitus, veluti alter Ambroſius Sanctus, nòn ſolùm Regi Suenoni prohibuit ingreſſum, ſed etiam baculi aculeo, eius pectus conſtanti animo vulnerauit, acribuſque verbis ſacrilegum ſcelus caſtigauit, ſummamque temeritatem, qua Eccleſiam ſanguine innocenti, à ſe profanatam, adire præſumeret, intrepidus obiurgauit. Vt hiſce verbis

teſta-

teſtatur Saxo Grammaticus; *Gulielmus Sacerdotis inſignibus ornatus, baculo, quo vtebatur, Regem excluſit, ſacrorum penatium aditu indignum iudicans, quorum Religionem non ſine graui pacis rubore, ciuili ſanguine maculaſſet, ſuppreſſoque dignitatis nomine non Regem eum, ſed humani cruoris carnificem appellabat; nec reum obiurgaſſe contentus aculeum virgæ eius pectori infixit.* Vnde Rex ſummopere contriſtatus, ſtatim oculis in terram demiſsis, ad Regium palatium redijt, vbi quoque regijs veſtibus ſtatim exutus, ac maxima omnium admiratione, humili ſacculo indutus incedere ſtatuit, lacrymis inſuper, ſuſpirijſque internam animi ſui mæſtitiam pateſaciẽs continuas preces omnipotenti Deo, pro ſui delicti condonatione humiliter offerebat; denique corde totaliter contritus, Epiſcopum Gulielmum, per internuntios inſtanter rogauit, vt ſe verè publicum pęnitẽtem, ac ad grauiſsimã pænam ſubeundam paratum, admittere in Eccleſiam dignaretur; quibus humilitatis, ac reſipiſcentiæ ſignis Gulielmus permotus, eiuſdem Regis arbitrio petitionis executionem reliquit. Rex igitur Sueno, auditis Epiſcopi verbis, ſumma perfuſus lætitia, ſtatim verſus Eccleſiam Sanctiſsimæ Trinitatis iter repetijt, vbi per abſolutionem ſui chariſsimi

Paſto-

Sax. Grãm. lib. 11. Hiſt. Dan. f. 189.

Baron. li. 11 f. 514.

Paſtoris, Deo ſe reconciliari enixè anhelabat, & vt verè ſe pænitentem omnibus propalaret, non in aureis vehi quadrigis, non regijs voluit indui veſtibus, ſed pedeſter, nudis pedibus, & ſacculo tantùm coopertus incedens, ad dictæ Eccleſiæ atrium, in quo ipſius mandato, homicidium conſummatum fuerat, peruenit; genuflexus poſtea, imò totaliter ad terram proſtratus, millies ipſum atrii pauimentum reuerenter deoſculatus eſt, altaque voce infinitam Dei pietatem, pro facinoris ſui abolitione inclamauit, vt ſequentibus verbis Saxo Grãmaticus inſinuat; *Non enim tam triſti Pontificis ſententia perculſus, regalis magnificentiæ cultum geſtare ſuſtinuit, ſed abiectis regiæ maieſtatis inſignibus, inſigne pænitentiæ ſagulum ſumpſit, ſiquidem nudatis pedibus ad atrium regreſſus, in eius ſe aditu proſtrauit, terramque ſuppliciter oſculatus, dolorem, qui ex contumelia acerrimus infligi ſolet, verecundia, ac moderatione compreſſit*; Eodem tempore Cãtoribus Kyrie Miſſæ intonantibus, Epiſcopus ex Eccleſia, auribus, oculiſque, omnia percipiens ad Regẽ accurrit, propriiſque manibus è terra ſublatum, dum in Eccleſiã perducere ſatageret, ipſemet Rex renitens humillibus precibus, ſolùm ab ipſo abſolutionem poſtulabat, quam denique in maiori Al-

Sax. Grãm. lib. 11. Hiſt Dan. f. 190.

ti Altari, magna cum ſolemnitate, prout tantum Principem pænitentem decebat, pijſsimus Rex ingenti ſui cordis, ac populorum lætitia recepit. Relicto ad æternam memoriam exemplari ſpeculo, quod Magnates, ac Principes contemplari debeant, vt tutiſsimam viam, quæ debitum ſuperiorum Eccleſiaſticorum obſequium, ac venerationem ipſis præſcribit, quæque ad Chriſtianæ perfectionis culmen eoſdemmet fæliciter perducit, totaliter aſſequantur. Ob tantam Regiæ Maieſtatis correptionem, in Catholico Principe erga Epiſcopum Gulielmũ, nil prorſus deſecit beneuolentiæ, imò dum potius totum id ex paterno in animam ſuam amore, & charitate oriri recenſeret, ſincerus Principis in Gulielmum affectus magis ac magis omnium cum admiratione, & ædificatione patenter excreuit; atque ita corpore & anima coniuncti, poſthabito omni ex vtraque parte dominio, impoſterum vixerunt, vt de iiſdem meritò verificari potuerit, quod de Dauide cum Ionatha, in ſacra Scriptura exaratum reperitur hiſce verbis: *Anima Ionathæ conglutinata eſt animæ Dauid*: Quod clarius in ſequentibus capitibus non ſine Lectorum admiratione dilucidabitur. 1.Reg.c.18.

SVENONIS REGIS MORS, & ab eodem, Canuto & Haraldo filijs memorabilia documenta relicta,

CAPVT VIII.

REx Sueno denique, ætate iam propemodum confectus, laboribuſque plenus, in Oppido, quod Slutorpium aliqui, Sudathorpium alij ſcriptores Domeſtici appellant, lingua verò Danica, *Slorup*, *&* *Sudderup*, quod iuxta veram interpretationem, Villa Cenoſa dicitur, Oppidum Selandiæ, Danicè *Sieland*, leui primùm infirmitate appetitur, hac verò inualeſcẽte, viribus deſtitutus, & morti proximus, ſuos maiores filios, nempè Canutum & Haraldum, coram ſe aduocari præcepit, vt ſicuti viuens pro bona eorum educatione, ſcientijs, & ſacrarum Scripturarum intelligentia ſummoperè inſudarat, necnon militaribus exercitijs eos inſtruxerat (in quibus Canutus Sanctus Patri conſimilis, pro manutentione, ac defenſione Patriæ, ſatis ſe glorioſum exhibuit) ita etiam in morte, tanquam Regni

ſucceſ-

ſucceſſoribus memorabilia documenta relinqueret; commendando ipſis præcipuè integram diuinorum præceptorum obſeruantiam, ac perfectam erga ſubditos charitatem, quibus ſolidis fundamentis eandem pacem, quam ipſe ſimilibus virtutibus tutam reddidit, conſeruare ſatis bene poterant: poſtea grauiori ſuperuenienti accidente (vti piè creditur) vitā cum morte fæliciter ac gloriosè commutauit, Anno 1074. quarto Kalend. Maij, tempore Gregorij Septimi Summi Pontificis, qui erat annus Regni eius vigeſimus octauus.

Baron. li. 11 f. 515.

sax. Grām. lib. 11. Hiſt. Dan. f. 190.

EXEQVIAE SVENONIS REGIS, ac prodigioſa Epiſcopi Gulielmi mors, & vtriuſque in Eccleſia Roſchildiæ tumulatio.

CAPVT IX.

SVenonis Regis morte, cum ingenti populorum mærore, ſecuta, ſtatim regia ac tanto Principi debita, funeralia parata fuere, eaque omnia neceſſaria ad translationem Regij Cadaueris ex Oppido Slutorpij, vel Suddathorpij ad Ci-

SVENONIS R
ab eodem, C
filijs memor
ta

CAPV

REx Sueno de
dum confect
Oppido, qu
thorpium alij ſcript
lingua verò Danica,
iuxta veram interpre
tur, Oppidum Selan
primùm infirmitate a
te, viribus deſtitutu
maiores filios, ne
coram ſe aduocari p
bona eorum educ
Scripturarum inte
necnon militarib
quibus Canutus
nutentione, ac
ſum exhibuit) i

, tum etiam vt ; quemad-
e in morte, ſuo chariſſimo
monitione pœnitentem Deo
us maneret : Poſt hæc ſere-
oſitis manibus, clauſiſque
, non vulgari omnium Aſ-
s, glorioſus Animam Om-
t : Vbi adimpletum fuiſſe,
Saule & Ionatha dicitur :
in vita ſua, in morte quo- 2. Reg. 1.
d ecce ferale in vniuerſo po-
is diſpendium, qui copioſiſ-
lidiſque lamentationibus,
ac veneratione vtrumque,
nifeſtè demonſtrarunt. Tam
a longè latèque diffamata, po-
gis ad illorum corporum vene-
, ita vt tandem vniuerſa etiam
udine concomitante, eadem
cum ſolemnitate, ad Canta-
em delata, in Eccleſia Sanctiſſi-
ondita fuerint, vbi etiam Elogia,
uſque erigebant, in lapidem æ-
ternam poſteris memoriam ad-
& forma ſequenti.

Regum

uitatem Roſchildiæ; vbi in Eccleſia Cathedrali Sãctiſſimæ Trinitatis, ac Sancti Lucij, Pontificis & Martyris, ſepulchrum ſibi vltima ſua voluntate deſignauit. Eodem tempore Epiſcopus Gulielmus, ſummo dolore, ob eiuſdem Suenonis mortem, affectus non ſolùm Regis Sepulchrum, verùm etiam aliud contiguum, & omnia ſacra ad Epiſcopum ſepeliendum ſolita, & requiſita parari iuſſit; Licet autem hoc eiuſdem Epiſcopi Miniſtris prodigioſum videretur, myſterium tamen, atque finem ipſimet perſcrutari minimè potuerunt. Diſpoſitis igitur omnibus, copioſa multitudo Procerum, Nobilium, ac populorum, qui lachrymarum profluuio, ſummam cordis triſtitiam exprimentes, regium Cadauer, ordine ſeruato, comitabantur, verſùs Roſchildiam iter arripuit; Monitus interea Gulielmus, ſtatim vnà cum toto Clero, alijſque Miniſtris, aliud feretrum vacuum deportantibus, obuiam iuit, & cum ad regium perueniſſet funus, flexis genibus, immenſæ humilitatis ſignis, feruentiſque ſpiritus conſtantia, Deum alacri voce, quatenus iuxta ſuum deſiderium tunc commori poſſet, enixè rogauit, & præcipuè quantòcius cæleſti gloria frueretur, quam non ex proprijs meritis, ſed tantùm ex infinita Dei miſerentis clementia,

Sax. Grãm. lib. 11. Hiſt. Dan. f. 191.

tiæ, viua fide ſperabat, cùm etiam vt, quemadmodum in vita, ita & in morte, ſuo chariſſimo Suenoni, quem ſua monitione pænitentem Deo lucrifecerat, coniunctus maneret: Poſt hæc feretrum aſcendens, compoſitis manibus, clauſiſque oculis, eodem inſtanti, non vulgari omnium Aſſiſtentium admiratione, glorioſus Animam Omnipotenti Deo reddidit: Vbi adimpletum fuiſſe crediderim, quod de Saule & Ionatha dicitur: *Amabiles, & decori in vita ſua, in morte quoque non ſunt diuiſi*. 2.Reg. c.1 Sed ecce ferale in vniuerſo populo, duplicati mæroris diſpendium, qui copioſiſſimis lachrymis, aſſiduiſque lamentationibus, quanta beneuolentia ac veneratione vtrumque proſequerentur, manifeſtè demonſtrarunt. Tam augusti miraculi fama longè latèque diſcurrens, populi concurſum magis ad illorum corporum venerationem euocauit, ita vt tandem vniuerſa etiam Nobilium multitudine concomitante, eadem corpora, omni cum ſolemnitate, ad Ciuitatem Roſchildienſem delata, in Eccleſia Sanctiſſimę Trinitatis recondita fuerint, vbi etiam Elogia, prout merita vtriuſque exigebant, in lapideis tabulis inſculpta, ęternam poſteris memoriam reliquerunt, modo & forma ſequenti.

Regum

Iſaac.Pont. lib. 5. Hiſt. Dan. f. 192.

Regum Sueno Decus, Magno, quo Dania Rege
Floruit, & Sceptris imperioſa fuit.
Non virtute minor Sueno, quàm nomine Magnus,
Nam poterit dici Magnus, *vtroque modo.*
Hunc ſoror illuſtris Regis præclara Canuti,
Eſtridis genuit, prole beata parens.
Anglos Marte premens, Noruagica Sceptra ſubegit,
Fit tria Sceptra tenens, vnica Dana manus.
Res miranda nimis, quē vix tria Regna valebant
Imperio capere, iam petra parua capit:
Et quia ſtare diu nequeat terrena poteſtas:
Terrarum Reges quærite Regna Dei.

Sequitur aliud Epiſcopi Gulielmi.

Gulielmus olim Epiſcopus Roſchildienſis, præſtantibus Dei relucebat bonis, pietate, Religione, percelebri vita, & ſancta, & omni virtutum genere illuſtri: Hic fretus Innocentia, atque iam iuſtò, iniuſti homicidij dolore permotus, quod à Rege factum erat libidine magis, quàm ratione, Regem ipſum quamuis Magnum & tali potente Regno, comitatuque ſtipatum, magno repulſum baculo, prohibuit templo, rebuſque ſacris, donec pænitens facti, in gratiam cum Eccleſia, & Deo offenſo rediſſet; His actis tempore non ita multò poſt, mortui Regis huc deferebatur funus, quod vt reſciuiſſet appropinquare Vrbi, duo ſepulchra confici iuſſit;

Duobus

Duobus etiã feretris adornatis, ibat Gulielmus obuiam; Poſtquam ad funus ventum eſt, oratione facta, vt illi, quem in terris, Deo Patri iam lucrifecerat, ſanam per admonitionem, commori poſſit. Mox membra collapſus, animam ſanctam Cælo reddidit, atque inde vterque ſuo loculo impoſitus: Hanc Sacram ad Ædem pariter, mirabile dictu, magno omnium ſtupore deportati ſunt. Gulielmo honorificè ſepulto, ac de more Epiſcopalibus inſignibus, vnà cum illo terræ reconditis, Nouo Deus funus miraculo hominum memoriæ conſecrauit.

VISIO PRODIGIOSA, AC MIracula ſecuta in remotione Oſſium Epiſcopi Gulielmi.

CAPVT X.

POſt Epiſcopi Gulielmi obitum, ad Roſchildienſem Epiſcopatum euectus fuit Sueno, non vulgari prudentia, ac vitæ integritate conſpicuus, qui inter alia pietatis opera, Eccleſiam Sanctiſſimæ Trinitatis, ac Sancti Lucij, Pontificis & Martyris, ab eodem Gulielmo extructam, ſed non

non conſummatam, perficere decreuit, & præcipuè Cathedram ad Concionatorum vſum, in loco, vbi ſepulchrum eiuſdemmet Gulielmi poſitũ erat, erigi iuſsit; cum autem parata eſſent omnia, conuentione etiam facta cum operarijs, vt die ſequenti opus inciperent, ipſa nocte, homo quidam Sacerdotalibus veſtibus indutus, baculum manu geſtans, in ſomnijs Sacriſtæ apparuit, quem ſeuera, minacique tremendus facie, ita alloquebatur: Scito, quòd præſens Epiſcopus Sueno, honorem à Gulielmo ſuo Anteceſſore in Eccleſia conſtruenda, tot laboribus acquiſitum, ſibi tribuere haud debeat, & multò minus eiuſdem ſepulchrũ & oſſa remouere, ac ea ab illis Suenonis nullatenus ſeparare, alias quicunque iſta audactèr facere præſumpſerit, condignas temeritati pænas perſoluet; Poſt hæc eundemmet ſummitatem Eccleſiæ conſcendere, ac baculo parietes vndequaque percutere, Sacriſta conſpexit, ita vt tota Eccleſia ruere, ac præcipitijs diruta omnino videretur; eodem inſtanti è ſomno excitatus, & horribili viſione ſummopere perterritus, ad Eccleſiam accurrit, eamque totaliter eodem tempore collapſam, ac præcipitatam inuenit; ex quo ſe minimè ſomniaſſe, ſed omnia clarè vidiſſe recognouit: Conciues

poſtea

poſtea ab ipſomet Sacriſta moniti & inſtructi, magnumque prodigium perpendentes, admiratione non ſolùm, verùm etiam timore multo oppreſſi remanſere, & quod magis miraculum prodigioſum comprobauit, In eademmet Eccleſia quieſcentem Cuſtodem, dum, iuxta fundamentalem omnium opinionem, ex ſaxorum corruentium impetu iam vita functus, ac inter ſacelli ruinas conſepultus iudicaretur, magna licet lapidum multitudine circumcinctum, viuum tamen, & non ſolùm è periculo mortis ereptum, ſed etiam ſine vlla ſui corporis læſione incolumem repererunt. Epiſcopus autem Sueno, tot prodigijs ſatis commotus atque perterritus, Gulielmi ſepulchrum immotum reliquit, ſolumque ad reędificandam Eccleſiam totus incubuit. Nihilominus paruo elapſo tempore, maior Sacrarij Præſes, nomine Hermannus, & Anrfaſtus Scolæ Magiſter, auxiliante atque etiam ſuadente Iſaaco Præpoſito, audaci curioſitate impulſi, Gulielmi ſepulchrum aperiri iuſſerunt, vbi oſſa eiuſdem reperta ſunt, è quibus ſuauiſſimus odor emanabat, ita vt, qui ea tetigerant, multiplicatis per aliquot dierum ablutionibus, nimiam ſuarum manuum fragrantiam abſtergere minimè potuerint; Licet autem tam euidenti

H mira-

Paſtoris; Deo ſe reconciliari enixè anhelabat, & vt verè ſe pænitentem omnibus propalaret, non in aureis vehi quadrigis, non regijs voluit indui veſtibus, ſed pedeſter, nudis ped.bus, & ſacculo tantùm coopertus incedens, ad dictæ Eccleſiæ atrium, in quo ipſius mandato, homicidium conſummatum fuerat, peruenit; genuflexus poſtea, imò totaliter ad terram proſtratus, millies ipſum atrii pauimentum reuerenter deoſculatus eſt, altaque voce infinitam Dei pietatem, pro facinoris ſui abolitione inclamauit, vt ſequentibus verbis Saxo Grãmaticus inſinuat; *Non enim tam triſti Pontificis ſententia perculſus, regalis magnificentiæ cultum geſtare ſuſtinuit, ſed abiectis regiæ maieſtatis inſignibus, inſigne pænitentiæ ſagulum ſumpſit, ſiquidem nudatis pedibus ad atrium regreßus, in eius ſe aditu proſtrauit, terramque ſuppliciter oſculatus, dolorem, qui ex contumelia acerrimus infligi ſolet, verecundia, ac moderatione compreßit*; Eodem tempore Cãtoribus Kyrie Miſſæ intonantibus, Epiſcopus ex Eccleſia, auribus, oculiſque, omnia percipiens ad Regẽ accurrit, propriiſque manibus è terra ſublatum, dum in Eccleſiã perducere ſatageret, ipſemet Rex renitens humillibus precibus, ſolùm ab ipſo abſolutionem poſtulabat, quam denique in maiori Al-

Sax. Grãm. lib. 11. Hiſt Dan. f. 190.

ti Altari, magna cum ſolemnitate, prout tantum Principem pænitentem decebat, pijſsimus Rex ingenti ſui cordis, ac populorum lætitia recepit. Relicto ad æternam memoriam exemplari ſpeculo, quod Magnates, ac Principes contemplari debeant, vt tutiſsimam viam, quæ debitum ſuperiorum Eccleſiaſticorum obſequium, ac venerationem ipſis præſcribit, quæque ad Chriſtianæ perfectionis culmen eoſdemmet fæliciter perducit, totaliter aſſequantur. Ob tantam Regiæ Maieſtatis correptionem,in Catholico Principe erga Epiſcopum Gulielmũ,nil prorſus defecit beneuolentiæ, imò dum potius totum id ex paterno in animam ſuam amore, & charitate oriri recenſeret,ſincerus Principis in Gulielmum affectus magis ac magis omnium cum admiratione, & ædificatione patenter excreuit; atque ita corpore & anima coniuncti,poſthabito omni ex vtraque parte dominio, impoſterum vixerunt, vt de iiſdem meritò verificari potuerit, quod de Dauide cum Ionatha, in ſacra Scriptura exaratum reperitur hiſce verbis: *Anima Ionatha conglutinata eſt anima Dauid*: Quod clarius in ſequentibus capitibus non ſine Lectorum admiratione dilucidabitur. 1.Reg.c.18.

SVENONIS REGIS MORS, & ab eodem, Canuto & Haraldo filijs memorabilia documenta relicta,

CAPVT VIII.

REx Sueno denique, ætate iam propemodum confectus, laboribuſque plenus, in Oppido, quod Slutorpium aliqui, Sudathorpium alij ſcriptores Domeſtici appellant, lingua verò Danica, *Slorup*, *&* *Sudderup*, quod iuxta veram interpretationem, Villa Cenoſa dicitur, Oppidum Selandiæ, Danicè *Sieland*, leui primùm infirmitate appetitur, hac verò inualeſcēte, viribus deſtitutus, & morti proximus, ſuos maiores filios, nempè Canutum & Haraldum, coram ſe aduocari præcepit, vt ſicuti viuens pro bona eorum educatione, ſcientijs, & ſacrarum Scripturarum intelligentia ſummoperè inſudarat, necnon militaribus exercitijs eos inſtruxerat (in quibus Canutus Sanctus Patri conſimilis, pro manutentione, ac defenſione Patriæ, ſatis ſe glorioſum exhibuit) ita etiam in morte, tanquam Regni ſucceſ-

ſucceſſoribus memorabilia documenta relinque-
ret; commendando ipſis præcipuè integram diui-
norum præceptorum obſeruantiam, ac perfectam
erga ſubditos charitatem, quibus ſolidis funda-
mentis eandem pacem, quam ipſe ſimilibus vir-
tutibus tutam reddidit, conſeruare ſatis bene pote-
rant: poſtea grauiori ſuperuenienti accidente (vti
piè creditur) vitã cum morte fæliciter ac gloriosè Baron. li. 11 f. 515.
commutauit, Anno 1074. quarto Kalend. Maij,
tempore Gregorij Septimi Summi Pontificis, qui Sax. Grãm. lib. 11. Hiſt. Dan. f. 190.
erat annus Regni eius vigeſimus octauus.

EXEQVIAE SVENONIS REGIS, ac prodigioſa Epiſcopi Gulielmi mors, & vtriuſque in Eccleſia Roſchildiæ tumulatio.

CAPVT IX.

SVenonis Regis morte, cum ingenti populo-
rum mærore, ſecuta, ſtatim regia ac tanto
Principi debita, funeralia parata fuere, eaque
omnia neceſſaria ad translationem Regij Cadaue-
ris ex Oppido Slutorpij, vel Suddathorpij ad Ci-

uitatem Roſchildiæ; vbi in Eccleſia Cathedrali Sã-
ctiſſimæ Trinitatis, ac Sancti Lucij, Pontificis &
Martyris, ſepulchrum ſibi vltima ſua voluntate
deſignauit. Eodem tempore Epiſcopus Guiliel-
mus, ſummo dolore, ob eiuſdem Suenonis mortem,
affectus non ſolùm Regis Sepulchrum, verùm
etiam aliud contiguum, & omnia ſacra ad Epiſco-
pum ſepeliendum ſolita, & requiſita parari iuſſit;
Licet autem hoc eiuſdem Epiſcopi Miniſtris prodi-
gioſum videretur, myſterium tamen, atque finem
ipſimet perſcrutari minimè potuerunt. Diſpoſitis
igitur omnibus, copioſa multitudo Procerum, No-
bilium, ac populorum, qui lachrymarum profluu-
uio, ſummam cordis triſtitiam exprimentes, re-
gium Cadauer, ordine ſeruato, comitabantur, ver-
ſùs Roſchildiam iter arripuit; Monitus interea
Gulielmus, ſtatim vnà cum toto Clero, alijſque
Miniſtris, aliud feretrum vacuum deportantibus,
obuiam iuit, & cum ad regium peruenißet funus,
flexis genibus, immenſæ humilitatis ſignis, fer-
uentiſque ſpiritus conſtantia, Deum alacri voce,
quatenus iuxta ſuum deſiderium tunc commori
poſſet, enixè rogauit, & præcipuè quantòcius cæ-
leſti gloria frueretur, quam non ex proprijs me-
ritis, ſed tantùm ex infinita Dei miſerentis clemen-
tia,

Sax. Grãm. lib. 11. Hiſt. Dan. f. 191.

tiæ, viua fide ſperabat, tum etiam vt, quemadmodum in vita, ita & in morte, ſuo chariſſimo Suenoni, quem ſua monitione pænitentem Deo lucrifecerat, coniunctus maneret: Poſt hæc feretrum aſcendens, compoſitis manibus, clauſiſque oculis, eodem inſtanti, non vulgari omnium Aſſiſtentium admiratione, glorioſus Animam Omnipotenti Deo reddidit: Vbi adimpletum fuiſſe crediderim, quod de Saule & Ionatha dicitur: *Amabiles, & decori in vita ſua, in morte quoque non ſunt diuiſi.* 2. Reg. c. 1. Sed ecce ferale in vniuerſo populo, duplicati mæroris diſpendium, qui copioſiſſimis lachrymis, aſſiduiſque lamentationibus, quanta beneuolentia ac veneratione vtrumque proſequerentur, manifeſtè demonſtrarunt. Tam auguſti miraculi fama longè latèque diſcurrens, populi concurſum magis ad illorum corporum venerationem euocauit, ita vt tandem vniuerſa etiam Nobilium multitudine concomitante, eadem corpora, omni cum ſolemnitate, ad Ciuitatem Roſchildienſem delata, in Eccleſia Sanctiſſimę Trinitatis recondita fuerint, vbi etiam Elogia, prout merita vtriuſque exigebant, in lapideis tabulis inſculpta, ęternam poſteris memoriam reliquerunt, modo & forma ſequenti.

Regum

Iſaac.Pont. lib. 5. Hiſt. Dan. f. 192.

Regum Sueno Decus, Magno, quo Dania Rege
Floruit, & Sceptris imperioſa fuit.
Non virtute minor Sueno, quàm nomine Magnus,
Nam poterit dici Magnus, *vtroque modo.*
Hunc ſoror illuſtris Regis præclara Canuti,
Eſtridis genuit, prole beata parens.
Anglos Marte premens, Noruagica Sceptra ſubegit,
Fit tria Sceptra tenens, vnica Dana manus.
Res miranda nimis, quę vix tria Regna valebant
Imperio capere, iam petra parua capit:
Et quia ſtare diu nequeat terrena poteſtas:
Terrarum Reges quærite Regna Dei.

Sequitur aliud Epiſcopi Gulielmi.

Gulielmus olim Epiſcopus Roſchildienſis, præſtantibus Dei relucebat bonis, pietate, Religione, percelebri vita, & ſancta, & omni virtutum genere illuſtri: Hic fratus Innocentia, atque iam iuſtò, iniuſti homicidij dolore permotus, quod à Rege factum erat libidine magis, quàm ratione, Regem ipſum quamuis Magnum & tali potente Regno, comitatuque ſtipatum, magno repulſum baculo, prohibuit templo, rebuſque ſacris, donec pænitens facti, in gratiam cum Eccleſia, & Deo offenſo rediiſſet; His actis tempore non ita multò poſt, mortui Regis huc deferebatur funus, quod vt reſciuiſſet appropinquare Vrbi, duo ſepulchra confici iuſſit;

Duobus

Duobus etiã feretris adornatis, ibat Gulielmus obuiam; Poſtquam ad funus ventum eſt, oratione facta, vt illi, quem in terris, Deo Patri iam lucrifecerat, ſanam per admonitionem, commori poſſit. Mox membra collapſus, animam ſanctam Cælo reddidit, atque inde vterque ſuo loculo impoſitus: Hanc Sacram ad Ædem pariter, mirabile dictu, magno omnium ſtupore deportati ſunt. Gulielmo honorificè ſepulto, ac de more Epiſcopalibus inſignibus, vnà cum illo terra reconditis, Nouo Deus funus miraculo hominum memoriæ conſecrauit.

VISIO PRODIGIOSA, AC MIracula ſecuta in remotione Oſſium Epiſcopi Gulielmi.

CAPVT X.

POſt Epiſcopi Gulielmi obitum, ad Roſchildienſem Epiſcopatum euectus fuit Sueno, non vulgari prudentia, ac vitæ integritate conſpicuus, qui inter alia pietatis opera, Eccleſiam Sanctiſſimæ Trinitatis, ac Sancti Lucij, Pontificis & Martyris, ab eodem Gulielmo extructam, ſed

non conſummatam, perficere decreuit, & præcipuè Cathedram ad Concionatorum vſum, in loco, vbi ſepulchrum eiuſdemmet Gulielmi poſitũ erat, erigi iuſsit; cum autem parata eſſent omnia, conuentione etiam facta cum operarijs, vt die ſequenti opus inciperent, ipſa nocte, homo quidam Sacerdotalibus veſtibus indutus, baculum manu geſtans, in ſomnijs Sacriſtæ apparuit, quem ſeuera, minacique tremendus facie, ita alloquebatur: Scito, quòd præſens Epiſcopus Sueno, honorem à Gulielmo ſuo Anteceſſore in Eccleſia conſtruenda, tot laboribus acquiſitum, ſibi tribuere haud debeat, & multò minus eiuſdem ſepulchrũ & oſſa remouere, ac ea ab illis Suenonis nullatenus ſeparare, alias quicunque iſta audacter facere præſumpſerit, condignas temeritati pænas perſoluet; Poſt hæc eundemmet ſummitatem Eccleſiæ conſcendere, ac baculo parietes vndequaque percutere, Sacriſta conſpexit, ita vt tota Eccleſia ruere, ac præcipitijs diruta omnino videretur; eodem inſtanti è ſomno excitatus, & horribili viſione ſummopere perterritus, ad Eccleſiam accurrit, eamque totaliter eodem tempore collapſam, ac præcipitatam inuenit; ex quo ſe minimè ſomniaſſe, ſed omnia clarè vidiſſe recognouit: Conciues

poſtea

poſtea ab ipſomet Sacriſta moniti & inſtructi, magnumque prodigium perpendentes, admiratione non ſolùm, verùm etiam timore multo oppreſſi remanſere, & quod magis miraculum prodigioſum comprobauit, In eademmet Eccleſia quieſcentem Cuſtodem, dum, iuxta ſundamentalem omnium opinionem, ex ſaxorum corruentium impetu iam vita functus, ac inter ſacelli ruinas conſepultus iudicaretur, magna licet lapidum multitudine circumcinctum, viuum tamen, & non ſolùm è periculo mortis ereptum, ſed etiam ſine vlla ſui corporis læſione incolumem repererunt. Epiſcopus autem Sueno, tot prodigijs ſatis commotus atque perterritus, Gulielmi ſepulchrum immotum reliquit, ſolumque ad reędificandam Eccleſiam totus incubuit. Nihilominus paruo elapſo tempore, maior Sacrarij Præſes, nomine Hermannus, & Anrfaſtus Scolæ Magiſter, auxiliante atque etiam ſuadente Iſaaco Præpoſito, audaci curioſitate impulſi, Gulielmi ſepulchrum aperiri iuſſerunt, vbi oſſa eiuſdem reperta ſunt, è quibus ſuauiſſimus odor emanabat, ita vt, qui ea tetigerant, multiplicatis per aliquot dierum ablutionibus, nimiam ſuarum manuum fragrantiam abſtergere minimè potuerint; Licet autem tam euidenti

H mira-

miraculo, ad illarum Sacrarum Reliquiarum debitam venerationem præſtandam mirabiliter induci potuiſſent, nihilominus, tanquam vulgaria & prophana oſſa, in angulo ſepulchri collocarunt; Sed Deus, qui Gulielmi Sanctitatem manifeſtis ſignis magis pateſacere ſatagebat, tales ſequi permiſit effectus, ita vt in ſuam perniciem, pænas prædictæ temeritatis indices perſoluendas, iuxta quod intentatum fuerat, ipſimet temerarij homines, in ſuis corporibus actu completas, recognoſcerent.

Contigit enim, quòd idem Hermannus, dum Altari deſeruiens, Abſaloni, tunc temporis Epiſcopo Roſchildienſi, officium ſacrum celebranti aſſiſteret, & Thuribulum manu geſtaret, cui igne ſacro, iuxta morem impoſito; igneus globolus tàm repente, ac celeriter ad eius nares euolauerit, vt ſtatim eo penetrante cerebrum, non ſolùm viribus totaliter deſtitutus, verùm etiam voce ac loquela priuatus, intra tres dies miſerabiliter deceſſerit, digna expertus iuxta prudentum hominum iudicium, ſupplicia ſuis naribus debita, quæ ſuauiſſimum ex Gulielmi oſſibus odorem emanantem contempſerant; Anrſaſtus etiam conuenientem pænam ſuſtinuit, dum ipſe pariter mèbrorum

debi-

debilitate ſummopere oppreſſus, vnam medicinam pro alia inaduertenter ſumendo, languores cruciatuſque vehementes, ac tribus continuis menſibus durantes, perpeſſus eſt; qui etiam tandem ſuum irreuerentiæ crimen, erga Gulielmi reliquias confitendo, miſerabili modo, è viuis ſublatus fuit, id quod etiam Iſaaco Præpoſito, pulmonibus conſumptis, & etiam alijs, non ſine multorum admiratione accidit, teſte Saxone Grāmatico, hiſce verbis. *Igitur tantam vnuſquiſque pœnæ ſumebat, quantum in violanda Antiſtitis ſepultura auctorem egerat, quia enim ſalubritatem ſuam prudentiæ munimento tueri noluerunt, cladem culpæ præcipitio contraxerunt.* Quibus prodigiis, miraculiſque Gulielmi Sanctitas ſummoperè in opinione omnium corroborata remanſit, vti poſtea exitus comprobauit, dum Sanctorum Epiſcoporum ac Confeſſorum numero adſcriptus fuit. Sax. Grām. lib. 11. Hiſt. Dan. f. 195.

INTER CANVTVM, & Haraldum, & inter populos contentio ob Regni ſucceſſionem, ad quod poſtea Haraldus euehitur.

CAPVT XI.

HVmanam præſumptionem, ex hæreditario inſtinctu, à noſtris primis Parentibus contracto, ad dominium naturaliter addictam eſſe, quis eſt qui neſciat? Vnde nil mirum, ſi poſt Suenonis obitum, inter Canutum & Haraldum, Danicè *Hárrild*, fratres diſcordia orta fuerit, & inter populos, tumultus non exiguus, ob diuerſam animorum propenſionem, magis ac magis excreuerit, ita vt aliquamdiu Proceres dubii diſceptarint, vtrùm Canutum, an Haraldum ad Regni faſtigium eſſent promoturi: Aliqui Haraldo fauebant, ſe ſolùm reflectentes ad illius manſuetudinem & bonitatem: Alii verò, & in maiori numero, non tantùm ob conſimiles qualitates, verùm etiam ob Canuti ſingulares animi, corporiſque dotes, ac pręclara merita eundem præferendum exiſtima-

ſtimabant; cuius labores & pericula, pro tuenda Domi, militiæque Republica, necnon pro illuſtranda apud vicinas nationes, Patria, ſudores ac moleſtias publicè conſtare clamabant. Nihilominus poſt multas generales ſeſſiones Procerum atque Nobilium, Haraldus tanquam natu maior, Rex huius nominis ſeptimus, anno 1077. tempore Gregorij VII. ſummi Pontificis, proclamatus fuit. Statim à populis, præcipuè Haraldo adhærentibus, ſollemnitates maximę ingenti cordis cum lætitia, pro noui Regis electione celebratæ fuerunt. Canutus verò omnia, per diuinam prouidentiam ita diſpoſita eſſe ſibi ſuadens, ab ipſamet non aliud, quàm quod animę ſuæ ſaluti proficuum eſſet ac neceſſarium, expectabat & flagitabat, memor, Sancto Ioanne Chriſoſtomo, inter alios Patres, teſte, *quòd Deus non exaudit ad votum; ſed ad profectum, & quod denegat voluntati, concedit ſaluti*; Quod manifeſtè eodem tempore accidit, in quo Deus, (*qui humilia reſpicit, & alta à longè cognoſcit*) Sanctum Canutum ad Dominiú temporale ſubleuare diſtulit, vt glorioſior poſtea, cum martyrij merito Regnum cæleſte conſequeretur. Reliquit itaque Sanctus Canutus in pacifica poſſeſſione Haraldum fratrem, ac omni paſſione poſtha-

Sax. Grã. lib. 11. Hiſt. Dan. f. 196.

Iſaac. Pont. lib. 5. Hiſt. Dan. f. 191.

S. Io. Chriſ.

Dan. pſ. 137.

poſthabita, heroica opera aduerſus Orientales, tempore Patris inchoata, pro Regni æmolumento ac vtilitate proſequi decreuit; In quem finem, acceptis aliquot munitis nauibus, primò verſus Scaniam, Danicè *Schaane*, iter aggreſſus eſt, atque inde Sueciam petijt, vbi à Rege Halſtano, magna cum ſolemnitate, cordis beneuolentia, honoribuſque præcipuis exceptus fuit.

HARALDI REGIS bonum gubernium, eiuſque mors.

CAPVT XII.

HAraldus ab initio ſuſcepti Regni, magnum ſuæ prudentiæ ac pietatis ſpecimen dedit, vtpote qui pacis oleæ populorumque commodo totus addictus, nonnulla fauorabilia condidit decreta, aliaque priuilegia confirmauit, ac regia authoritate roborauit; quibus operibus maximos vulgi applauſus & acclamationes, ſingularem ſubditorum in eum beneuolentiam ac obligationem exprimentes, obtinuit. Ad culmen itaque felicitatis, ſub gubernio tanti Principis, ſeſe con-

Sax. Grám. lib. 11. Hiſt. Dan. f. 193.

conſcendiſſe auctumabant; Regem tam auguſtum annis plurimis ſuperſtitem fore ſperantes pariter, & optantes; Sed Deus, *qui poſuit terminos, qui præteriri non poterunt*: poſt biennium à dominio inchoato, illum ad aliam vitam euocauit in loco, qui Dialbyn, lingua Danica *Dalbij* appellatur, anno 1079. tempore Gregorij VII. Summi Pontificis, ac in eodem loco, regijs ac honorificentiſsimis funeralibus expeditis, eius corpus vberrimis populorum vndequaque concomitantium lacrymis ſepultum fuit.

Iob. cap. 14.

Baron. lib. 11. fol. 154.

Digitized by Google

DOTES PRAECIPVAE Sublimeſque Virtutes S. CANVTI.

CAPVT XIII.

INSIGNES Victoriæ, inclytaque opera Suenonis Regis, Sancti Canuti Genitoris, necnon Haraldi eiuſdem filij ſuperius memorata, Virtutes ac prærogatiuas noſtri Sancti obſcurare minimè potuere, imò potius plurimùm illuſtrarunt. Dum ipſe ab ineuntibus annis æqualium ornatus morum, virtutumque decore, Regiæ ſuæ Stirpis eminentiam, inde-

indefeſſa paternæ generoſitatis æmulatione, indeterminabiliter coram Deo, & hominibus ampliauit : ipſe namque non ſolùm propria virtute, ac propitiæ fortunæ beneficio, ſed & præclariſſimis naturæ dotibus præuentus, prçcocis nimium indolis agilitate ætatem anteuertit,qui ante iuuentutis florem piratica monſtra perdomuit, & nouis virium inſignibus,paterni roboris fundamenta ſolidauit; Quodque magis dignum admiratione eſt, pro amplificanda, tuendaque Patria, multa fortiter geſſit, triumphorumque, quorum ob immaturam adhuc ætatem,vix ſpectator eſſe poterat,author haberi voluit, quin etiam iuuenile corpus ad bella ſtrenuè conficienda, armaque viriliter ſuſtinenda firmabat: Porro eius fama ob bellicam virtutem in tantum illuſtrari meruit, vt rediuiuum Canuti Magni ſpiritum; fortunamque ſimul vnà cum nomine ſortitus eſſe iudicaretur.

Fuit etiam Canutus Sanctus venuſtate admirabilis, eiuſque corpus tanta cum membrorum ſimetria efformatum, tamque congruenti partium integrantium methodo compaginatum, vt ſanè tanquam perfectionis exemplar ab omnibus videretur; Erat equidem externus ille corporis candor, & venuſtas, internæ puritatis, perfectionis,

& ſanctitatis argumentum, ſicuti poſtea euentus comprobauit, ac per totum eius vitæ curriculum ſatis clarè experientia docuit: Aſt vtinam eloquentia, materiæ huius ſublimitati debita, totum exprimere poſſem: Sed qui dixit, *Dilata os tuum, & ego implebo illud*, ſufficiens, vti ſpero, mihi ſuppeditabit auxilium. Diuina igitur ac infinita Dei liberalitas, plures alias ſingulares dotes ei impertierat, quia vt Sanctus Paulus Apoſtolus ait. *Non eſt currentis, neque volentis, ſed miſerentis eſt Dei*. Eminebat autem quaſi in lucidiſſimi cryſtalli maſſa, ſpiritus excellentia, ſed à ſuperbia longè remota; Humilitas gradiebatur profunda, ſed ſui ſtatus qualitati minimè præiudicialis: Manſuetudo abblandiebatur cordialis, ſed honeſtate repleta. Perſpicacitas præualebat intellectus, ſed modeſtiæ coniuncta; Dulcedo iocabatur in verbis, ſed ſemper ad Dei cultum, proximique beneficium directis; Ita vt omnes cuiuſcunque gradus ac conditionis, cum eo loquentes, beneuolentiæ vinculis obſtricti, iure optimo remanerent. Hiſce præclaris naturæ dotibus tanquam in ſolo, optimè ad fertilitatem diſpoſito, firmis, profundiſque radicibus diuinæ gratiæ ſemen, locum proprium inuenit ac ſtabiliuit, ita vt ſublimes fructus ſuo tempore

Dan. pſ. 80.

S. Paul. ad Rom. 9.

pore ad proximorum beneficium, & precipuè ad eorum lucrandas animas, ab omnibus iuxta Dei voluntatem emanaturi, euidenter conſpicerentur.

ASSVMPTIO CANVTI SANcti ad Regnum Daniæ.

CAPVT XIV.

VBique locorum percurrente, (*Non enim poteſt Ciuitas abſcondi ſuper montem poſita*) ingentis prudentiæ, ac ſummæ Sancti Canuti bonitatis fama, qui inter gemmas præclariſſimorum hominum, tanquam carbunculus, radios ex omni parte lucidiſſimos tranſmittens, effulgebat. Vnde meritiſſimo iure Archiepiſcopis, Epiſcopis, Proceribus, populiſque annuentibus, ac etiam Legati Apoſtolici conſilio, ad Regni dominium aſſumptus fuit Anno 1079. tempore eiuſdem Gregorij VII. Summi Pontificis, & huius nominis Rex Quartus declaratus. Confeſtim itaque communem applauſum, vniuerſalemque acclamationem, triumphis ac feſtiuis ſolemnitatibus, maximam animorum conſolationem exprimentibus, coniunctam, obtinere meruit, licet

S. Matth: cap. 5.

Iſaac. Pont. lib. 5. Hiſt. Dan. fol. 199

Sax. Gram. lib. 11. Hiſt. Dan. fo. 194

hæc omnia ſuæ naturali inclinationi repugnantia, vtpotè profundiſsimæ humilitati addictus, inuito animo tolerarit; Imò pro certo habens, Regni faſtigium non ob ſua merita ſe à Deo recepiſſe, ſed ſolùm vt in Eccleſiæ vinea diligenter operaretur, ab ipſamet Diuina Clementia efficaciſsimis precibus, ſuſpirijſque feruentiſsimis opportunum auxilium expoſtulabat, vt ea omnia, quæ in eius rectiſsima voluntate ſtabilienda, ac ad maiorem Diuinæ Maieſtatis cultum, animarumque lucrum dirigenda decreuiſſet, facilius exequeretur, quem ob finem etiam Legatum Gregorio VII. ſtatim tranſmiſit, vt non ſolùm ſuam notificaret ad Regnum, aſſumptionem, verùm etiam de ſua promptiſsima, ac in exequendis Sanctitatis ſuæ mandatis conſtanti voluntate, eundem certum redderet, vt ita magis ac magis verus, legitimuſque Sanctæ Apoſtolicę Sedis filius ſemper cognoſceretur in opere; Vnde & Pontificiam Benedictionem, necnon inſtructiones inuiolabiliter a ſe obſeruandas atque exequendas humillimè petijt, quæ omnia ſatis ſuperque eiuſdem pietatem, & Sanctitatem indicabant; gratas proinde habuit Summus Pontifex oblationes, ac humiles petitiones, eaſque perfectiſsimi ſpiritus effectus eſſe declarauit in literis

teris

teris Apoſtolicis, in quarum initio ſequentia verba leguntur. *GREGORIVS*, *&c. CANVTO Danorum Regi &c. Sincero charitatis affectu dilectioni tuæ congratulamur, quia licet in vltimis terrarum finibus poſitus, ea tamen, quæ ad Chriſtianæ Religionis cultum pertinere noſcuntur, vigilanter ſtudes inquirere, & quòd Sanctam Romanam Eccleſiam Matrem tuã, & vniuerſorũ: recognoſcens, ipſius documenta exoptas, & expoſcis, &c.* Sicuti, & in alijs de anno 1080. quarum prima verba ſunt; GREGORIVS, &c. CANVTO Danorum Regi &c. *Inter cæteras ergo virtutes, quas animo tuo imitandas cenſueris &c.* Baron. lib. 11. fol. 539.

Hiſce modis Sãcti Canuti ſanctitas in primordijs gubernij clarè enituit, quibus acceſsit eximia eiuſdem Sancti Principis in pauperes liberalitas; nam a terrenarum diuitiarum cupiditate remotiſſimus, identidem cordi ſuo inculcabat illa verba Dauidica; *Diuitię ſi affluant, nolite cor apponere*, & vt alter Tobias, qui filio ſuo dixit. *Ex ſubſtantia tua fac eleemoſynam, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere, ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies Domini*: perfectiſsimæ charitatis viſceribus in Pupillos, Orphanos, Viduas, Peregrinos, pauperéſque omnes, cuncta & ſingula ad congruam Dau. pſ. 61. Tobias c. 4.

& com-

& completam eorundem ſuſtentationem neceſſaria promptè diſtribuit; Pietati prætcrea promouendæ ſummoperè ſtudens, Eccleſias multiplicauit, redditibus auxit, pretioſaque ſupellectili adornauit, & ea omnia, quæ ad maiorem Dei cultum, necnon ad Sacerdotum, Clericorumque commoditatem magis apta videbantur, totaliter perfecit; Propter quam liberalitatis prærogatiuam, non Regij Ærarij poſſeſſor, ſed potius diſpenſator ab omnibus habebatur. Allaborauit etiam, Religionem Catholicam, quæ iam in Dania floreſcebat, in Orientalibus quoque Nationibus diſſeminare; Quocirca bellum, quod, vt iam ſupra diximus, adoleſcens inchoauerat, nullum laborem, nec vitæ diſcrimen pertimeſcens, denuò reaſſumere ſtatuit. Aggreſſus itaque Regna Eſtonum, Curethum, atque Sembonum, omnia vndequaque concuſsit populoſque ſibi ſubiectos reddidit, quos poſtea etiam, iuxta immenſum cordis ſui deſiderium, ad Catholicam fidem amplectendam, magna adhibita diligentia induxit: In tot rerum diſcriminibus, ac arduorum itinerum anguſtijs, ab oratione ſolita, tam mentali, quàm vocali, minimè receſsit, quam ſemper omnibus alijs mundi negotijs præferebat, diuini non immemor moniti. *Primum quærite Regnum*

Iſaac. Pont. lib. 5. Hiſt. Dan. f. 196.

gnum Dei, & omnia adijcientur vobis: Et quod mirabile magis erat, non ſolùm inter maximas Regni curas, in domo ſua velut alter Dauid, Oratorium inuenit, vbi cum ipſo Pſalte dicere poterat. *Septies in die laudem dixi tibi*: Verùm etiam opportunum tempus in Eccleſijs, Diuinis officijs aſsiſtendi, vti quotidie ſolebat, tota animę attentiône, ad hoc vt in ipſa per huiuſcemodi exercitij culturam, diuini verbi ſemen magis radicaretur; ſuoque tempore fructus bonorum operum omnipotenti Deo retribueret.

S. Matth. cap. 6.

Dau. pſ. 118

MAGNA CONTINENTIAE, ac pietatis Sancti Canuti virtus, & ad inſtantiam Nobilium conſulentium, eiuſdem cum Adela matrimonium contractum.

CAPVT XV.

ABſolutum, independensque ſupremorum Principum Dominium, ingentibus coniunctum diuitijs, præclaram aliquando continentiæ virtutem ſuperat atque proſternit; dum

dum ipſi prædominantibus carnis illecebris non ſolùm delicato cibo, potuque ſuauiſsimo incraſſati, verùm etiam auri & argenti affluentia repleti, (quæ enim virum ad libidinem proximè facilitāt pecuniæ,& earundem cupiditas facillimè virginem deflorat; Teſte Poëta, *Auri ſacra fames, quę non mortalia pectora cogis?*) in impudicitias, & inhoneſtos actus ſæpe ſæpius præcipites incidunt. Sed
Dauid pſ.61 Deus, qui eſt, vt Dauid innuit; *Mirabilis in ſanctis ſuis*: taliter operatur, vt aliquando in ipſis caro in ſpiritum, tenebræ in lucem, ignauia in ſapientiam, dominium in ſubiectionem, molle lutum in duriſsimum adamantem conuertantur: Hoc totum in Sancto Canuto clarè experientia docuit, qui licet magnus Princeps, Rexque potens, necnon immenſis theſauris ditatus eſſet, nihilominus ab omni laſciuiæ genere ita alienus extitit, ac ſi extinctum cōcupiſcentiæ fomitem habuiſſet, ſemper tanquam verum pudicitiæ exemplar omnibus claruit. Aliquo poſtea tranſacto tempore ad ſuos reuerſus, Nobilium, Procerumque iteratis conſultationibus, legitimam Regni ſucceſsionem optantium, denique aſſenſum præbuit, & Adelam, vel vt alij volunt, Ethelam, Roberti Flandrorum, & Hollandorum Comitis filiam,

illuſtriſ-

illuſtriſſimam ac præclariſſimam fæminam, in vxorem accepit, quæ illi præter duas filias Carolum progenuit, eius vocabuli primum inter Flandros Comitem, vt ſuo loco clarius inſinuabitur; Licet autem inter eos reciproca, atque intima beneuole[illegible] Coniugatis debita, ſatis vigeret, nihilominus ab operibus ad Diuinum cultum amplificandum directis, vt memorauimus, minimè defecit; Quod ſatis oſtendit Cathedralis apud Roſchildiẽſes Eccleſia, ab Epiſcopo Gulielmo inchoata, necnon prodigioſo miraculo, vt ex ſupradictis, diruta, à Suenone Epiſcopo reædificari cæpta, ab ipſo Sancto Canuto conſummata, vbi etiam, ad exemplum Canuti *Magni* Aui ſui, propriam regiam Coronam, gemmis rariſsimis diſtinctam, ac pretio inæſtimabilem, proprijs manibus, non ſicut ille capiti Crucifixi impoſuit, ſed humilior pedibus ſacræ Crucis ſubſtrauit, proteſtans publicè, hanc non ſibi vili ſeruo, ſed Deo Optimo Maximo, vtpotè vero omnium Regi, ac Domino, quem è ſacra Scriptura didicerat eſſe *Regem Regum*, *& Dominum Dominantium*: meritò deberi. S. Paul. ad Thimot. c. 6

Fuſiùs nolo meminiſſe Sancti Regis humilitatis, in qua omnis eius ſermo pietas, ac ſpiritus mirabilis perfectio fundabatur: in eadem etiam Eccle-

Digitized by Google

ſia Epiſcoporum, Sacerdotum, & Clericorum ad maiorem Dei cultum, ſtipendia liberaliter auxit. Quin & Cænobium eiuſdem Loci Beatæ Virgini MARIÆ Sacrum, & aliud Ringſtadiæ, lingua Danica *Ringſted*, necnon Ædem Sancti Michaelis Saglosæ, Danica locutione *Slagelſe*, è fundamentis erectam reſtituit; ſuiſque iam ſumptibus, Lundenſis, Danicè *Lund*, Eccleſiæ ſtructuram, ab Epiſcopo Egino cæptam, perfecit, vt quoque ſingularem erga Eccleſiam affectum pateſaceret, multa beneficia præſtitit, quę non tantùm in illius conſtructionem, verum etiam in Scholæ, bonarumque literarum vſum cederent; Inſuper die dedicationis eiuſdem Eccleſiæ, ſacris altaribus, ingenti & ſolita pietate ab ipſo honoratis, quartam regiorum prouentuum partem, necnon quartam ęſtiuorum reddituum portionem Epiſcopo Egino, eiuſque ſucceſſoribus reliquit, vti refert Saxo Grammaticus verbis ſequentibus. *Canutus prima itaque dedicationis die, Rex ſolemniter Altaria veneratus, quartam Regij numiſmatis, ſua in Ciues exactionis, & quartum æſtiui Cenſus portionem ei, qui pro tempore Antiſtes extiterit, muneris loco perpetuo iure prouidendum reliquit*. Sed quod magis Canuti Sancti beneuolentiam erga Eccleſiaſticos

Sax. Grām. lib. 12. Hiſt. Dan. f. 197.

indi-

indicabat, fuit honor præcipuus in Epiſcopos collatus, quos conſilio regio intereſſe, primumque inter Proceres & Duces, locum ac votum habere, ampliſsimis decretis, omnibus debitæ ſolemnitatis ritibus roboratis, ſanciuit. Alia quoque priuilegia iiſdem Eccleſiaſticis adiunxit, vt magis tanquam Dei Miniſtri, ab omnibus in honore & veneratione haberentur; Chariſsimos, iuxta innatum genium ſemper ſocios habebat, homines probatæ vitæ, doctiſsimoſque religioſos, vt eorum exemplo, ac ſalutaribus monitis, omnis diuinæ offenſæ occaſio omninò tolleretur, verba ſacræ ſcripturæ recenſens. *Cum Sancto Sanctus eris, & cum viro peruerſo peruerteris*: Ex qua lectione magis excitatus, Clerum non ſolùm diſtinctos ordines, verùm etiā à Ciuium curia ſeparatam habitationem habere decreuit, ne eorum fortaſſe malum exemplum, vel minus honeſta ac religioſa conuerſatio, iiſdem ſacris hominibus, diuinoq; cultui dicatis, maculam aliquam inureret; Qua etiam de cauſa fori ſecularis iuriſdictionem, quoad eos, qui in rebus ad diuinum cultum, vel ad Eccleſiam ſpectantibus deliquiſſent, prudenter caſſauit, eamque Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac eorum in iiſdem cauſis deputatis Miniſtris contulit. 2.Reg.c.22.

SANCTVS CANVTVS zelum magnum oſtendit, circa obſeruantiam præceptorum Dei, & Eccleſię.

CAPVT XVI.

CANVTVS Sanctus, accurata mente reuoluens, ſuam in ſubditorum defectibus perſcrutandis obligationem, & præcipuè in ijs inueſtigandis, quæ ad diuinũ cultũ, proximorumque beneficium ſpectabant; necnon rationem diſcutiens, ſuo tempore, Deo reddendam de omnibus ſua culpa, vel ob correctionis deficientiam, vel ob ſummam conniuentiam commiſsis, & ęternam ſibi commiſſorum damnationem promouentibus; In principio, verbis manſuetis, pietate paterna delinitis, iuxta Pauli Apoſtoli directionem: *Inſtruɛti in Charitate, & ſpiritu lenitatis*: eorundem offenſam, Diuinæ Maieſtati illatam culpare cæpit & improbare, vtpotè qui legibus præceptiſque Eccleſiaſticis aduerſarentur, graui cum præiudicio, & proximorum detrimento, diuinæ immemores iuſtitiæ, quam meritò ſeueriſſimam delicto-

Elnot. Cantuar. in elog. vit. s. Can.

S. Paul. ad Coloſ. c. 3.

Digitized by Google

delictorum ſuorum vindicem perhorreſcere debe-
rent; ſed clarè cognoſcens Sanctus Princeps, quòd
oleum & operam perderet, ijs vitæ emendationem
de die in diem procraſtinantibus, ad ſe directam
fuiſſe iudicauit, eiuſdem Sancti Apoſtoli doctri-
nam præcipientis: *Miniſterium tuum imple, ar-
gue, obſecra, increpa*: imò tremenda illa Spiritus
ſancti ad ſuperiores loquentis, ſententia: *Niſi
annunciaueris iniquo iniquitatem ſuam, ſanguinem
eius de manu tua requiram*, horribili velut tonitru
perculſus, ſeueris verbis, minarumque plenis, vi-
tia deteſtari, perſequi & anathematizare cæpit;
Veruntamen: *omnis qui malè agit odit lucem, &
non vult venire ad lucem, vt non arguantur opera
eius*: Illi igitur nihilò emendatiores, ſed obſtina-
tiores, & à multo tempore vitijs addicti, omnes
has tum monitiones, tum minas conſtanter reſpue-
bant, alij quoque omni Dei timore poſtpoſito,
Regem publicè indiſcretum calumniabantur, ac ſi
legibus nunquam auditis, nec vllo tempore in
praxim redactis, eos obſtringere præſumeret: Ita
hi Phariſæorum ſucceſſores, proximum damna-
tionis ſuæ præcipitium dilatabant, & accelerabant;
conſtanter impellente peruerſæ voluntatis impetu;
neque mirùm, quia in debitam duræ ceruicis pœ-
nam

S. Paul. ad Timot. c. 4.

Ezechiel. cap. 33.

Ioan. cap. 3.

Dauid.pſ.80 nam, diuina iuſtitia vindex *Reliquit eos, ſecundùm deſideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus ſuis:* Ecce quàm infeliciter parturiant *deſideria inutilia & nociua, quæ*, Sancto Paulo teſte, *mergunt homines in interitum & perditionem.*

SANCTI CANVTI confeſsiones Sacramentales quotidianæ, Ieiunia ac mortificationes.

CAPVT XVII.

EX dictis circa Sancti Canuti præclara ac mirabilia opera, quilibet eiuſdem irreprehenſibilem naturam, vitamque immaculatam ſatis colligere potuit, at ipſe longè diuerſum de ſe conceptum efformans, quaſi omnium criminum reus, quotidie rigoroſo ſuæ conſcientiæ examine, delicta, quæ præcipuè in iuuentute à ſe commiſſa ſupponebat, ſeuerus cenſor diſcutiebat, iterum, Dau. pſ. 24. iterumque ſupplicans cum Dauide: *Delicta iuuentutis meæ ne memineris Domine:* imò meditabundus, quòd ſecùndum ſapientis teſtimonium, *Septies in die ca-*

die cadit iuſtus: quotidie vberrimis cum lacrymis, ſanctæ vitæ Sacerdotibus confitebatur, apud quos animæ eius puritas tantò magis illuceſcebat, prout inter alios Geroldus, & Arnoldus Epiſcopi teſtimonium veridicum perhibuerunt, qui mediâ hac frequenti, humilique confeſsione, non tantùm Sancti Regis puritatem penetrarunt, ſed & in cognitionem deuenerunt plagarum & vlcerum, ex cilicijs, flagelliſque contractorum, quorum oculati ipſimet teſtes fuere. Per hunc Sanctæ virtutis tramitem, velociſsimo curſu Sanctum ſuum Principẽ ad metam æternæ gloriæ properare, profitebantur omnes, quoquot timor Domini imbuerat. Hiſce carnis propriẹ mortificationibus mirùm recreatus Sanctus Canutus, exultabat vt gigas ad conſummandam virtutis ſemitam, tantò alacriòr, quãtò certiòr, quòd iuxta carnalium appetituum refrenationis menſurã, ſpiritus à terrenis auerſus & ad cæleſtia conuerſus, plus aut minus releuetur. Totus itaque Chriſti eſſe deſiderans, continuò carnem ſuam ad concupiſcentias reprimendas, crucifigere non pertimeſcebat, ita vt meritò dicere potuiſſet, quòd Sanctus Anſelmus, verba diui Pauli Apoſtoli commentans, innuit: *Caſtigo afflictionibus corpus meum, & in ſeruitutem redigo, vt non*

Prouerb. cap. 24.

Elnot. Cantuar. in elog vit. s. Can.

S. Anſelm in cõm s. Pauli ad Corin. 9

non perficiat ſuam, ſed ſpiritus voluntatem. Affligebat inſuper corpus ſuum nō ſola temperantiæ virtute, quæ cibi potuſque mediocritatem requirit ad tollendos concupiſcentiæ impulſus: Sancto Auguſtino hiſce verbis atteſtante. *Temperantia eſt affectio coercens, & cohibens appetitum ab iis rebus, quæ turpiter appetuntur*; verùm etiam continuorum ieiuniorum exercitio, præcipuè autem diebus Veneris & Sabbati, in quibus menſæ Regali aſsidens, tantùm pane, ſale & aqua veſcebatur, id autem tam ſecretò, tamque dextrè, & circumſpectè practicare nouerat, vt nulli alteri, quàm paucis, iiſque fidelioribus Miniſtris innoteſceret; Deportabantur enim ad Regis menſam exquiſita fercula, dulciſsimique potus, prout tantum Principem decebat, ſed ipſe incredibili dexteritate adhibita, quotidie, quod magis guſtui contrarium, ac ſolum ad ſuſtentationem neceſſarium eſſet, aſſumebat: Allatis itaque regalibus dapibus, partim in pauperes, partim in eoſdem fidos Miniſtros ſecretè diſtributis, corpus ſuum in delicijs enutritum exſtenuabat; Opera igitur tam præclara non in plateis publicis propalari, ſed à diuino cordium inſpectore approbari cupiebat, iuxta Euangelicam monitionem: *Neſciat ſiniſtra tua, quid faciat*

S. Aug. lib. 1. de lib. arbitr cap. 13.

Matth. c. 6.

dextera

dextera tua: Quia non inde humanæ laudis fauorem, ſed tantùm ab omniuidentis Dei infinita clementia exſpectabat remunerationem.

PETITIO AVXILII BELLICI à Sancto Canuto, pro Anglorum defenſione, & ad ipſorum inſtantiam bellica arma diſpoſita.

CAPVT XVIII.

NObiliſſima Anglorum propago (Venerabili Beda presbytero, eiuſdem Regni Hiſtoriographo teſte) ab antiquis Saxonibus originem duxit; Ad hoc Angliæ Regnum, poſt Sãcti Eduardi Regis mortem, communi populorum applauſu & acclamatione, Haraldus Goduinus Tyræ, vnius alterius Canuti Magni Regis Daniæ, & noſtri Sancti Canuti Aui ſororis, filius aſſumptus fuit; Sed Paulò poſt Gulielmus Normanniæ Dux, formidabili exercitu idem Regnum inuaſit, atque bellica vi, maximo amborum excidio, ac eiuſdem Regis Haraldi, fratriſque nece ſecuta ar- Iſaac. Pont. lib. 5. Hiſt. Dan. f. 197.

L rogan-

roganter ſibi ſubiugauit; Tali cum violentia Anglici Regni ſolium conſcendit, ſed longè maiori poſtmodum tyrannide, illud poſſeſſor depopulatus eſt; Siquidem inclytis Angliæ Ducibus, Comitibus, Satrapis, Nobilibus, necnon alijs diuerſarum dignitatum perſonis, partim ferro peremptis, partim in Ergaſtula detruſis, alijs paternarum diuitiarum hæreditate ſimul & honore priuatis, alijs natiuo ſolo exterminatis, alijs in exilium ablegatis, reliquis tandem publica ac vili ſeruitute oppreſſis, tyrannicum planè Dominium exercebat. Angli licet per aliquod tempus talia ſuſtinuiſſent, poſtea tamen crudelis ſeruitutis impatientes, Sancti Canuti auxiliatrices copias petere decreuerunt; id quod legatis frequenter tranſmiſſis, tandem obtinuere, cum oblatione dominij eiuſdem Regni Angliæ, vtpotè quod annis prçteritis Regno Daniæ exſtiterat hæreditarium. Sanctus igitur Canutus, licet animæ ſuæ ac populorum ſuorum ſaluti totus incumbens, non bene ad bella gerenda diſpoſitus eſſet, nihilominns igne charitatis accenſus, qua Anglorum auguſtijs compatiebatur, Pijſſimus Rex, exterminio eorum ſuccurrendum decreuit, vt priſtinæ libertati gentem nobiliſsimam reſtitueret, & Normannorum inſolentiam,

lentiam, in conſanguineorum excidio plus nimio furentem reprimeret; Omnia hæc à Deo taliter erant diſpoſita, *cuius iudicia abyſſus multa*, cuiuſque conſilia ab hominibus inueſtigari minimè poſſunt, dum eodem tempore ad martyrium ſancti Regis, via rectiſsima, & occaſio proxima præbebatur, pro Dei ac iuſtitiæ defenſione, prout in ſequentibus magis dilucidabitur.

Itaque Sanctus Canutus, occultum mentis ac ſenſus ſui conſilium, Olao primùm aperuit, tunc Sleſuicientium Duci; eique tanquam ſumma prudentia ac generoſitate prædito, neceſſariam authoritatem contulit; Olaus verò, etiamſi verbo Regis aſſenſum præbuiſſet, ac determinationem bellici apparatus contra Gulielmum maximè laudaſſet, necnon regiorum præceptorum executorem efficaciſsimum, ac rebus diſponendis ore ſeſe paratiſſimum oſtentaret, corde tamen, ambitione & dominandi cupiditate repleto, omnia ſecretò ſubuertere conatus eſt, ad lucrandos populorum animos, ſciens, quòd eſſent plerique ex Proceribus, populiſque Daniæ, iam longa ac diuturna pace fruentibus, qui minùs læto animo ad arma capeſcenda concurrerent; Nihilominus vigilanti Sancti Canuti, & Errici fratris aſſiſtentia & ſolli-

citudine, necnon populorum inſtantia, quorum propenſi aſſenſus, animum atque impetum indies aleæ bellicæ attentandæ maiorem ipſimet Regi addiderunt; accedente etiam Soceri eius, Roberti Flandriæ Comitis ad eandem expeditionem, mira alacritate ac ſtudio, quin etiam ipſorum Anglorum, qui in Daniam tædio Normannicæ dominationis profugi, quotidianis quaſi comitijs ad arma contra Normannum arripienda, Canutum ſollicitare non deſinebant, aſſerentes Angliam, ipſius & Danorum Regnum eſſe, nec pati eos debere, illud à nouo homine tyranno iniuſtè poſſideri: Ex varijs igitur Regni partibus, accedentibus copijs ingens ac formidabilis militum Claſsis, iuxta recentiorum hiſtoricorum calculum, mille nauium collectione conſtans, efformata fuit.

NOTI-

NOTITIA GVLIELMI REgis Angliæ circa bellicos apparatus Daniæ, eiuſque vigilantia adhibita pro Regni defenſione.

CAPVT XIX.

GVlielmus Rex Angliæ, rumore expeditionis Danicæ Claſsis, ad inſtantiam Anglorum collectæ, excitatus, ſtatim conſcenſis munitioribus nauibus, vniuerſum Angliæ Regnum percurrere, ac fortalitia diligenter viſitare ſtatuit: Et vt bellicoſus miles ac heros nō imperitus caſtra & oppida munire, muris & foſsis cum propugnaculis caſtella circumcingere, Vrbium muros renouare, eiſque vigilias conſtituere, diuerſoſque ad portus, nauticas cuſtodias deputare, veteranos & expertos milites in fortalitijs deſtinare, ac totum id, quod ad tutiſsimam defenſionem, eius iudicio neceſſarium videretur, ſtatuere diligentiſsimè curauit. Exercitus verò tam è Gallorum, & Britonum, quàm & Normannorum natione, ab ipſo in tam magna copia collectus fuit, vt poſtea ijs ad

omnes

omnes Regni Ciuitates tranſmiſsis, & omnes Vrbium Ædes replentibus, Ciues ac domeſtici foris extra Domos proprias habitare cogerentur.

PERFIDI ET INFIDELIS Olai, Germani fratris à Sancto Canuto Rege defectio.

CAPVT XX.

CLaſse igitur parata, Danorum Exercitus in omnem horam tempus præſtolabatur, quo iuxta mandatum Principis ſui in occidentem ſolueret. Debuiſset equidem Olaus, ob regiam commiſsionem, pro militari congreſsu neceſsarijs diſponendis paratiſsimus inſudare, ad inſtar fulguris in inſtanti, velociſsimè, quacunque neceſsitate vrgente, diſcurrere, Nobilium, populorumque animos ad arma ſuſcipienda ſollicitare, officiales, & miniſtros in agendis opportunè inſtruere, ad cõmune Regni, regiæ gloriæ & maieſtatis emolumẽtũ propugnãdũ ſingulos animare: ſed perfidæ voluntatis tenax, totum Regis mandato oppoſitum mente reuoluens, ſolùmque ad ſuum proprium inte-

intereſse, omni lege & obligatione alia poſpoſita intentus, eodem tempore, quo ſeruenti apparenter conatu egregiam pijſsimi Regis fratris ſui intentionem de recuperando Angliæ Regno palam omnibus promulgabat, ſecretò poſtea coram Nobilibus ac militiæ Ducibus, omnia Regis conſilia præceptaque, quolibet adhibito conatu refutauit, illiſque amittendæ pacis damnum, inimici vires, ac potentiam, victoriæ ambiguitatem, aliaque mille rerum, ac vitæ pericula in bello ſimili euentura, ſummoperè inculcauit; Olaus autem conſimilibus ſuggeſtionibus non ſolùm generoſa populorum corda, ac ad bella diſpoſita infirmauit, verùm etiam ſuæ inhærentes opinioni, à fide & obedientia, eorum Principi debita, alienauit. Iſaac.Pont. lib. 5. Hiſt. Dan. f.198.

COM-

COMMISSIONES, A SANcto Canuto, militiæ Officialibus tranſmiſſæ, ac eorum tumultus ob Olai moram.

CAPVT XXI.

MAgnum Olai fratris ſui crimen, ac occultam fraudulentiam Sanctus Canutus nũquam præſumere potuiſſet, & cum iam mille naues paratæ & munitæ eſſent, ad occidentales portus transferri iuſsit, vbi poſtea eiuſdẽ Olai aduentum cum alijs nauibus, omni munitione refertis, quantocius expectare deberent. In inſtanti igitur diſtenſis velis, iter versùs occidentem arripuerunt: Sed poſtquam ibi diù Olaum exſpectaſſent, qui ſæpiùs monitus, citò ſe venturum pollicebatur, milites denique maris anguſtias non ſufferentes, ſed magis proprijs paſsionibus commoti, adeo impatientes ac tumultuantes exarſerunt, vt omnia relinquere, ac domos ſuas, potius priuatæ, quàm publicæ Regni vtilitati & gloriæ inuigilaturi, repetere decreuerint; Interim congregati omnes, quid hac in re cõcludẽdũ eſſet, diſceptare cæperũt, deniq; naturali in Regẽ inclinatione, debitoque

toque obſequio in animis eorum præualente, imò proprio agnito defectu, Sancto Canuto inſtantias ac proteſtationes tranſmittere ſtatuerunt. Eodem tẽpore Clemẽtiſsimus Rex ad locũ appulit celeberrimum, qui ab eiuſdem incolatus domina. Heli nomen accepit, Danicè *Helge*, quod interpretatum Campiuilla dicitur, vbi cum prudentibus, & ſapientibus, necnon militaris exercitij expertis pertractauit, vt ſelectis ordinationibus magis conguẽtibus, Ieſu Chriſto auxiliante, res tanti ponderis cæpta, ad optatum finem & ad glorioſum profectum perueniret; Non recedebat, etiamſi hiſce curis implicaretur, Sanctus Canutus ab oratione ſolita ad Deum directa, è cuius infinita prouidentia omne bonum animæ, & corporis, viua fide ſperabat. Acceſſerunt interim Legati ab officialibus militaris Claſsis tranſmiſſi, Regique cauſas rebellionis ac querimoniarum non ſolùm miniſtrorum, verùm etiam, totius militiæ ob Olai moram exortarum, facundo ſermone inſinuarunt, adiunctis etiam ex parte omnium ſupplicationibus, vt iiſdem aliud caput ad directionem neceſſarium cõſtitueret, vel licentiam ad domos proprias redeundi concederet.

SANCTVS CANVTVS SleſuicK aggreditur, vbi Olaum reperit, qui criminis reus, carceri mancipatur.

CAPVT XXII.

SVmma cordis mæſtitia, Sanctus Canutus militum ſuorum indiſcretam petulantiam, & Olai moră, vti principalem rebellionis cauſam intellexit, præſertim quia in Anglorum perniciem, & Regiæ Maieſtatis præiudicium, promiſſæ auxiliares copiæ Anglis non ſuccurrerent, qui militari Sancti Canuti ope è tyrannicis vinculis ſoluendos ſe eſſe ſperabant; Omnia igitur piiſſimus Rex mente recenſens, SleſuicK, Danicè *Sleſuig*, adire ſtituit, vbi Olaum fratrem quietum, ſecurum, & à nauigatione verſùs Occidentem, totaliter alienum inuenit; Interrogatus igitur de cauſa, nequijt ſe ſufficienti cum effugio excuſare, & ſuæ infidelitatis, perfidiæque crimen, Regi ſancto iamtum manifeſtis indicijs patefactum, cooperire; nihilominus ad Dei exemplum, qui dixit: Gen. 18. *Deſcendam, & videbo clamorem, an verũ &c.* Ipſemet

met Princeps in perſona propria omnem adhibuit diligentiam, oculiſque ſuis ventilata cauſa, per Olai machinationes, Nobilium, & populorum alienatos animos, contra regias ordinationes, necnon contra Regni commune bonum recognoſcens, delictũ omni opinione grauius animaduertit; Et licet aliqui Olao adhærentes, eundẽ excuſarent, ac innocentem probare conarentur, regium in Olao ſanguinem reueriti, Erricus tamen communis vtriuſque frater, diuina permittente iuſtitia, periuros ac criminis collegas omnes accuſans, & præcipuè Olaum fratrem, eundem compedibus innecti iubet. Iuſtè pijſſimus Rex enormi fratris Olai, in præiudicium regiæ Maieſtatis, ac totius Regni, delicto perpetrato cõmotus fuit, qui meritò cum Dauide dicere poterat. *Si inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique, tu verò homo vnanimis, Dux meus &c.* Tenebatur equidem Rex ob læſam maieſtatem, etiam nulla habita, proprij ſanguinis ratione, ſeueræ iuſtitiæ partes exercere, nihilominus ex ſolitis ſuæ immenſæ pietatis viſceribus, crimini compatiens, ſolùm in Flandriam Socero ſuo Roberto, conſilio etiam Errici, Olaum carceri includendum tranſmiſit. Poſtea Legatos commiſſionibus ad rebellionem ſedandam, atque

Iſaac. Pont. lib. 5. Hiſt. Dan. f. 198.

Dau. pſ. 52.

M 2 tollen-

tollendam magis congruis, per literas regias expeditis, ad Claſſem reuerti imperauit.

MILITARIS CLASSIS tumultus quieſcit, poſtea verò eiuſdem nouæ ſupplicationes ad Sanctum Canutum deferuntur.

CAPVT XXIII.

REuerſi ad Claſſem Legati, retulerunt omnia circa Olai delictum perpetrata, ſicque promulgatis Regis commiſſionibus, paterna charitate, & admiranda manſuetudine repletis, quieuit tumultus, animique populorum ſedati atque placati, regi ſuo exactiſſimam obedientiam ſeruandam in omnibus promiſerunt. Nihilominus tamen paruo elapſo tempore, Autumno imminente, Legatis ad Sanctum Regem denuò tranſmiſſis, maxima inſtantia omnis multitudo interpellauit, vt hyemali tempore, ob continuas maris tempeſtates, nauibus valde pernicioſas, vniuerſam Claſſem iuxtà beneplacitum ſuum reduci,

Digitized by Google

necnō ob domeſtica negotia exercitum ad propria remeare concederet, facta ſimul poteſtatione, ſe promptiſsimos poſtea ſub quauis læſæ maieſtatis pæna, arma reaſſumpturos, vbi vel minimum ſtatueretur à Rege præceptum, de repetendo naualem Claſſem, imò ad ſanguinis effuſionem, ac ad omne vitę periculum ſubeundum fore diſpoſitos; Licet autem hiſce verbis ſuo pijſſimo Principi infimum, debitumque obſequium offerrent, corde tamen nihil magis, quàm proprium commodum, omnibus regijs mandatis poſthabitis, moliebantur. Quare Sanctus Canutus poterat iure meritiſſimo cum Rege Regum, & Domino dominātium exclamare: *Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me*: Expoſitis ergo humiliter per Legatos Regi Sancto officialium, miniſtrorumque militiæ ſupplicationibus, clarè eorundem defectus ac rebellio, per Olai factiones excitata, innotuit. Congregrati itaque in re tanti ponderis Magnates, & Nobiles, diſcuſſa ſufficienter populi rebellantis contumacia, vnanimes omnia petita concedenda eſſe decreuerunt. Iſaiæ c. 29.

SAN-

SANCTVS CANVTVS ſuos ſubditos ob inobedientiam, & rebellionem, reprehendit, ac decreta aliqua pænalia ad eorum mulctam promulgat.

CAPVT XXIV.

NAuibus itaque ad ſuos portus reductis, Exercitus iuxta regiam indulgentiam, ad tumultum & omnem populi rebellionem ſedandam, ad proprias Sedes reuertitur. Porro ipſe pijſſimus Rex, nullo habito reſpectu ad eorum contumaciam, & inobedientiam, omnibus defectibus, qui regiam ſuam perſonam, politicamque mundanam tantùm tangebant, ex viſceribus charitatis ſummopere compatiebatur. Nihilominus, vt eos diuinis ac Eccleſiaſticis legibus aduerſari aduertit, ſufferre haud potuit: Vocatis igitur Nobilibus, Miniſtris, Officialibus cuiuſcunque ſtatus totius Regni, necnon populorum Præſulibus, diuinarum, Eccleſiaſticarumque legum violationem, intentata diuinæ iuſtitiæ vindicta, zelo-

ſus

ſus exprobrauit, criminumque reos, non vulgari pœna dignos declarauit, iuxta doctrinam Spiritus ſancti, in Iſaia Propheta ſuperiores inſtruentis: *Clama ne ceſſes, annuncia populo meo ſcelera eorum.* Iſaias c. 58. Poſtea elegantibus verbis, plurimiſque laudibus tum Nobiles, tum populares præſertim extollere cæpit, qui eximiam anteceſſoribus ſuis gloriam; animi alacritate, obedientia exacta, ac cordis generoſitate inter euidentia propriæ vitæ diſcrimina præſtitiſſent, quique in bellicis conflictibus, corporis robore, animique conſtantia, mirabilia, ac memoratu digna peregiſſent, itaut diù Res Danica, beneficio diſciplinæ militaris, incolumis huc-uſque perſtitiſſet, quibus præclaris operibus, glorioſiſque triumphis, inclytum Patriæ, ac Regni propagatorum nomen, iure optimo meruerint. Econtra verò debitis repræhenſionibus, præſentem eorundem animi, ac inobedientiæ publicam ac reiteratam rebellionem, vnà cum alijs grauioribus delictis, contra propriam vniuſcuiuſque obligationem, Regnique gloriã perpetratis exprobrauit, ſicuti etiam ſibimetipſis irrogatam contumeliam, quæ magis ob errorem publicum, communi vtilitate ſpreta, excreuit; Quibus de cauſis ad aliquam pœnam decernendam ſe compelli declarauit: Vnde

de eodem tempore tanquam Princeps pijſſimus, ad pietatis ſtudia promouenda, & ad Diuini cultus reuerentiam ſtabiliendam, necnon ad Eccleſiaſticorum iura amplianda, decreuit, vt mulctæ ac ſupplicij loco, quod iure optimò meruerant, perpetuò decimas Eccleſijs perſoluerent; item tam aduersùs Eccleſiaſtici ieiunij, quàm carnis abſtinentiæ tranſgreſſores, alias pænas promulgauit, eaque decreta ab ordinarijs miniſtris, ad hūc finem cōſtitutis, vnà cum pænis ſtatutis conſcripta, ac roborata fuere. Poſtea verbis, melliflua dulcedine, ac veræ charitatis ardore repletis, ad obedientiam non tam ſibi, quàm Deo præſtandam eoſdem adhortatus fuit, iiſdem inſuper inſinuando tàm temporaneum, quàm æternum cæleſtis glorię meritum, hiſce bonis operibus correſpondens. Poterant equidem, & debebant contumaces, hiſce ſtimulis compuncti, audacem ſuæ rebellionis inſolentiam ſupprimere, dicendo cum Dauide; *Inclinauimus cor noſtrum ad faciendas iuſtificationes tuas propter retributionem*. Quod porrò pænalium decimarum ſolutionem concernit, explanauit iiſdem, quantam ad maiorem Dei cultum, animarumque lucrum, præbuiſſent occaſionem. Putabat quidem Sanctus Canutus ſe hoc diſcurſu, inuiolatæ veritati

Sax. Grām. lib. 11. Hiſt. Dan. f. 198.

Iſaac. Pont. lib. 5. Hiſt. Dan. f. 198.

Dauid. pſ. 118

tati

tati innixo, ſibi animos rebelles deuincturum, & ad exactam obſeruantiam, obedientiamque redacturum, ſed contrarium accidit, licet enim hæc pia oratio non parum permouiſſet multos bonæ indolis, nihilominus talia decreta non ſolùm ali. quibus grauiſſima viſa fuere, verùm etiam alijs, & maior quidem pars, inueteratę malitiæ dedita, iuxta verbum diuinæ ſapientię: *Stultorum infinitus eſt numerus*: nullam aliam præter proprij ſenſus legem ſectantes, præcepta Regis ſui iniuſta, & intolerabilia eſſe iudicarunt; Vnde ſummopere ira commoti, vti ſemetipſos à tali decretorum onere eximerent, & præcipuè ab illo perſoluendarum decimarum, quòd magis eos torquebat, non ſolùm ob auaritiam, quia facilè ſerpit offenſa, vbi æris præſertim exactio animos exaſperat, verùm etiam tali decimarum tributo, tanquam perpetuo ſuæ rebellionis indicio, perfidas contra Principem ſuum machinationes moliri cæperunt.

Eccleſ. c. 1.

N POPV-

POPVLI REBELLIO ob decimarum ſolutionem, necnon ob alias pœnas, à Sancto Canuto præſcriptas.

CAPVT XXV.

COmmoti igitur ex vna parte obſtinatorum, ac perfidorum hominum, in publicam rebellionem coniuratorum animi, qui regia præcepta ſolùm non exequi, ſed nedum auribus excipere detrectabant; Ex alia verò parte ſtatutis pęnis perterriti, confuſione maxima afficiebantur: immiſcuit ſe huic tragædiæ conſiliarius ille peſtifer, qui *aduerſarius noſter diabolus circuit quærens, quem deuoret*: hic igitur infernalis ſeductor, acquirendarum ſibi animarum cupidus, vt Catholicæ Religionis vigorem deſtrueret, populumque iam tandem aliquando per deuoti ac pijſſimi Principis ſolertiam, Deo perfectiſſimè ſubijciendum, ſuæ antiquæ malignitatis faucibus abſorberet, mille artifex Regis indiſcretionem, præceptorum rigorem, pænarum ſeueritatem, ac omnium contemptum, Nobilium animis efficaciter inculcabat;

1. Pet. c. 5.

Prout

Proût iam olim Hebræorum Pontifices, & Phariſæos, legiſque miniſtros, aduersùs ipſum veritatis Authorem, veneno inuidiæ incitauit, per quos poſtea vulgi ſimplicitas, omni memoria ſingularium beneficiorum, ac euidentium miraculorum ſepulta, inſtigaretur; non obſtante præuia proteſtatione publica: *Bene omnia fecit, & Surdos fecit audire, & mutos loqui*; vt eundem vitę opificem tanquam ſeductorem, reumque mortis condemnaret. Horum pariter nobilium, potentiumque facũdia ſimul & audacia, Populos ſimpliciores, nullo habito reſpectu ad paternam charitatem, ac ſingularem bonitatem, patentium beneficiorum cumulo toties multiplicatam, aduersùs Sanctum Principem impiè concitauit; nam prout comprobauit euentus, ſimilibus infernalis hoſtis ſuggeſtionibus permoti, rebellionem vniuerſalem in publicis plateis excitandam decreuerunt, ac omnes inſidias non ſolùm contra authoritatem, verùm etiam ipſiuſmet Sancti Canuti vitam tentarunt, vt libertatem omnimodam, vnicè á ſe concupitam, conſequerentur, Apoſtolicæ violatores diſciplinæ, præcipientis: *Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis*: Imò linguis ſacrilegis, & auernali igne inflammatis, falſos, fictoſque Regis defectus ementien-

s. Marc. cap. 7.

s. Paul. ad Hebr. c. 13.

 tes,

POPVLI REBELLIO ob decimarum ſolutionem, necnon ob alias pœnas, à Sancto Canuto præſcriptas.

CAPVT XXV.

COmmoti igitur ex vna parte obſtinatorum, ac perfidorum hominum, in publicam rebellionem coniuratorum animi, qui regia præcepta ſolùm non exequi, ſed nedum auribus excipere detrectabant; Ex alia verò parte ſtatutis pœnis perterriti, confuſione maxima afficiebantur: immiſcuit ſe huic tragædiæ conſiliarius ille peſtifer, qui *aduerſarius noſter diabolus circuit quærens, quem deuoret*: hic igitur infernalis ſeductor, acquirendarum ſibi animarum cupidus, vt Catholicæ Religionis vigorem deſtrueret, populumque iam tandem aliquando per deuoti ac pijſſimi Principis ſolertiam, Deo perfectiſſimè ſubijciendum, ſuæ antiquæ malignitatis faucibus abſorberet, mille artifex Regis indiſcretionem, præceptorum rigorem, pænarum ſeueritatem, ac omnium contemptum, Nobilium animis efficaciter inculcabat;

1.Pet.c.5.

Prout

Prout iam olim Hebræorum Pontifices, & Phariſæos, legiſque miniſtros, aduersùs ipſum veritatis Authorem, veneno inuidiæ incitauit, per quos poſtea vulgi ſimplicitas, omni memoria ſingularium beneficiorum, ac euidentium miraculorum ſepulta, inſtigaretur; non obſtante præuia proteſtatione publica: *Bene omnia fecit, & Surdos fecit audire, & mutos loqui*; vt eundem vitę opificem tanquam ſeductorem, reumque mortis condemnaret. Horum pariter nobilium, potentiumque facúdia ſimul & audacia, Populos ſimpliciores, nullo habito reſpectu ad paternam charitatem, ac ſingularem bonitatem, patentium beneficiorum cúmulo toties multiplicatam, aduersùs Sanctum Principem impiè concitauit; nam prout comprobauit euentus, ſimilibus infernalis hoſtis ſuggeſtionibus permoti, rebellionem vniuerſalem in publicis plateis excitandam decreuerunt, ac omnes inſidias non ſolùm contra authoritatem, verùm etiam ipſiuſmet Sancti Canuti vitam tentarunt, vt libertatem omnimodam, vnicè á ſe concupitam, conſequerentur, Apoſtolicæ violatores diſciplinæ, præcipientis: *Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis*: Imò linguis ſacrilegis, & auernali igne inflammatis, falſos, fictoſque Regis defectus ementien-

s. Marc. cap. 7.

s. Paul. ad Hebr. c. 3.

tes, inſtigatione maligna, populorum animos ad iram contra Religioſum Principem prouocarunt, vt ſic veneno iniquitatis infectos, & laqueis malitiæ, ac mendacij irretitos, ad omne ſcelus eos promptiores redderent, atque viri iuſti memoriam ſolo exterminarent: O' quam veraciter dixit Sanctus Iacobus: *Lingua inflammata à Gehenna, quæ maculat totum corpus, & rotam natiuitatis noſtræ:* Quid igitur mirum, ſi populi huiuſmodi aut neſcierint aut potius reſcire detrectarint præceptum Petri Apoſtoli, ſubditos alloquentis: *Deum timete, Regem veſtrum honorificate.*

S. Iacob. in Epiſt. Canō. cap. 3.

S. Petrus cap. 2.

SANCTVS CANVTVS Populorum tumultum recognoſcit, ac animo intrepido, pro exactione decimarum denuo inſiſtit.

CAPVT XXVI.

PErſenſit Sanctus Canutus tumultum; inſidiaſque, à populis rebellibus contra ſuam Regiam perſonam adinuentas, atque iam paratas aduertit: nihilominus ſciens Sanctus Rex, iuſtorum

ſtorum bonitati infallibiliter correſpondere malorum perſecutionem, iuxta illa Sancti Leonis Pontificis verba: *Nunquā deeſt tribulatio perſecutionis, ſi nūquā deſit obſeruantia pietatis*: Canutus itaq; minimè perterritus, imò conſtantia, ac animi fortitudine roboratus, exactionem decimarum, conſtitutis Miniſtris, nempe Toſtoni, & Hortæ, integram perfectamque fieri imperauit, vt citius, abſque exceptione perſonarum, cuiuſcunque gradus ac nobilitatis exiſtentium, commiſſiones regias exequerentur; Qua in re Pijſſimus Rex non ſolùm debitum iuſtitiæ, verùm etiam maiorem Dei cultum ac animarum lucrum perpendebat, cui fini multiplicatos redditus Eccleſiaſticos maximè ſuffragaturos eſſe arbitrabatur. Quibus ſanctis motiuis, magis animæ ſuæ intenta ſalute, quàm mundi oblectamentis, ſemper ad propriam vitam ſacrificandam, ſe paratiſſimum Deo offerens, meritò cum noſtro Sancto Patre ac Propheta Elia, dicere poterat: *Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum*: ſimulque ſe Beatum aſſerere, iuxta Sancti Dyoniſij verba. *Qui propter nullam aduerſitatem & perſecutionem, relinquit viam iuſtitiæ, ille Beatus eſt.*

S. Leo: cap. 14

3. Reg. c. 19

S. Diony: l. p.

Denique decimarum Exactores, regias commiſ-

ſiones

ſiones exequi cœperunt, ſed nõ iuxta rectiſſimam Sancti Canuti mentem, charitatis ardore ſuffultam ita à dæmone impulſi, qui nouas flammas ſuſcitando, ad totale animarum exterminium tendebat. Prædicti enim Miniſtri plus iuſto in pecunijs exigendis petere, ſtaterarum pondera adaugere, rerum quarumcunque pretia vilipendere, vnciarum valorẽ, vix ſolito pretio admittere, iudicia peruertere, Nobiles ſimul & ignobiles, vi & potentia opprimere attentarunt; Quorum inſolentiam quàm plurimi non ferendo, exarcebati, maiores natu nobiles, & plebei, ira ſimul & inuidia accenſi, in regium Principem verſa indignatione (quem huiuſmodi violentijs conſentire exiſtimabant) cõſilio & armis irruere, & tam in eo, quàm ipſis Regis Adhærentibus, iniurias vindicare decreuerũt: Itaut publicis exclamationibus, & querimonijs, vndequaque coniuratio, ac tumultus paucorum, ad multos ſe exſtenderet; Vagabantur ergo impietatis ac Dementiæ intercurſores, & non ſolùm ad ſcelera prompti, verùm etiam ſimplicium, ac innocentium incitantes animos, ſcelerum complices multiplicabant, veritatiſque, ac iuſtitiæ ius, tribunalibus clauſis, vndequaque perturbabant; ſuperabundans exurgebat iniquitas, refrigeſcebat

chari-

charitas, Plebs ad omne ſcelus incitabatur, fas ſubſternebatur, neſaſque extollebatur, ac omni Dei timore poſthabito, veluti alpeſtres belluæ, ad glutiendum paratæ, & ſitibundæ, regio ſanguine ſaturari cupiebant. Vnde Elnotus Monachus Cãtuarienſis hiſce rebellibus, pænam ſequentibus carminibus prædixit.

Sed quid ad iſta furor, vel quò violentia tendit? Elnot. Cantuar in elog. vit. s. Can.
In Regem populus, vt conſurgat furibundus?
Plebs inſana vide, tibi quid ſupereſſinat inde.
Adueniet peſtis, cedent armentaque morbis,
Et bos deficiet, & quod tibi vacca miniſtrat,
Rus reddet tenuem ſterilis, maledictaque meſſem;
Seminis & fructus perſoluet vix ager, & vnus;
Deficient ſiluis glandes, & pecora campis:
Et copiam lactis, & amittes dulcia mellis:
Occumbent pecudes, morientur gurgite priſces.
Dura fames homines proſternet deficientes:
Et tu qui proprio Regi ſummittere colla
Iam dedignaris; ſub Auerni Rege iacebis.

SAN-

SANCTVS CANVTVS ob Populorum rebellium perſecutionem, diuerſa loca petit.

CAPVT XXVII.

CVm ſemper magis Sancto Canuto, populorum perfidæ coniurationes innoteſcerent, non ſolùm authoritatem regiam aſpernantium, verùm etiam eiuſdem vitæ inſidiantium, ad loca Auſtralia, vltra fluuium, qui Limma dicitur, & pręcipuè ad regionem maritimam, quæ Vuendole, lingua Danica *Vendſöſſel*, latinè conuertibilis interpretatur, ſe recepit, vt ibi de negotijs, cum Regio ſatellite, nomine Pibo (licet aliqui Blacconem vocent, ita forſan cognomine dictum) ac ſuis conſiliarijs, ad actuales calamitates ac rebelliones concernentibus pertractaret, vbi etiam cum regijs decimarum exactoribus, de peragendis ſimul & rebellionis cauſis inquirendis, reſidere ſtatuit; Ad huius igitur aduentum, tam nobiles quàm ignobiles, impiorum conſilijs incitati, in priuatis conuenticulis ſeſe mutuò ad iniqui-

tatem

tatem conſummandam inſtigantes, authoritati & mandatis regijs neutiquam obtemperare decreuerunt; Hiſce infernalibus inſtinctibus inhærentes, omni alia conſideratione poſtpoſita, in totale Principis ſui exterminium vnanimes conſpirarunt, nullo habito ad Dei offenſam reſpectu, dum poteſtatem opprimendo, Deo aduerſarentur, iuxta dictum Apoſtoli: *Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit*: Sed quod magis deteſtabile erat, tam in nocturnis, quàm diurnis conciliabulis, omni iniquitatis genere, ac infernali veneno refertis, arma ſumere concorditer omnia loca opportuna adire, religioſo Principi inſidiari, à ſuis finibus exturbare, &, quòd dictu nefas eſt, à regione viuentium eum exterminare ſtatuerunt, vt ſic à prætenſa vexatione, ac ignominioſo decimarum onere liberarentur: rediuiuos mihi videor intueri Hebræos, *Qui concilium fecerunt, vt Ieſum dolo tenerent, & occiderent*.

S. Paul. ad Rom. 9. c. 3.

Matth. 26.

Hæc tam barbara ac crudelis populorum machinatio, ad ſancti Principis necem directa, ad aures Canuti peruenit; Ipſe nihilominus intrepida animi ſui conſtantia, nullo modo perterritus, imò magis lætus, firma ſpe ex tam ingenti tribulatione maius animæ ſuæ bonum ſecuturũ iudicabat, Sancti Ioan-

s. Ioã. Chryſ. ¶ ctí Ioannis Chryſoſtomi verba perpendens: *Crux eſt abunda largitio omnium bonorum*; Statuto autem die, Rex piiſſimus cum ſuis, multitudinem illorum Coniuratorum adunatam, oculis proprijs ſpectaturus, ſuiſque auribus iniquiorum imprecationes percepturus procedit; vbi cum non tam ſuos, aut Chriſtianos, quàm perfidos potius Iudæos cum Redemptore noſtro audijſſe exiſtimarim, clamantes, *Crucifigatur*; vtpotè non alios quàm iuratos regiæ Maieſtatis inimicos contemplabatur præſentes, in regicidium paratos. Quibus non tam ad proprium periculum, quàm eorum grauiſsimum ſcelus euitandum, verbis paterna beneuolentia, ac ſolita charitate plenis, magnam non ſibi, ſed Deo irrogatam eſſe declarauit offenſam, qui ait: *Mihi vindictam, & ego retribuam*: pænamque debitam iiſdem denunciauit; ſed videns, quòd incaſſum verba reciderent, ipſique corde lapideo veritati reſiſterent; iuxta Dominicum præceptum: *Si vos perſecuti fuerint in vna Ciuitate, fugite in aliam* ſuorum Miniſtrorum conſilio, loco cedere, ac ex Aquilonaribus, ad occidentales partes ſe transferre ſtatuit.

s. Paul. ad Rõ. 12. c. 19 (margin)

s. Matth. c. 5 (margin)

SAN-

SANCTVS CANVTVS Ciuitatem AcKersburg aggreditur, ac in Villa Epiſcopi moratur, vbi poſtea populus rebellis accurrit, publicæque hoſtilitatis actus exercet.

CAPVT XXVIII.

PArtibus igitur Aquilonaribus derelictis, ſanctus Canutus Occidentalium terminos ſtatim adijt, & ad Ciuitatem, quæ nunc vſque, ſecundùm Antiquos AcKersburgh, lingua Danica, *Agersborre*, vt iuxta veram interpretationem, Vrbs Agri dicatur, ſe recepit vnà cum obſequentibus, ac ſibi adhærentibus Miniſtris, nec non numeroſo aliorum comitatu; vbi in Henrici Epiſcopi villam ibidem proximam, ſpatiaturus, animumque ex iniqua ſuorum populorum perſecutione oppreſſum parum ſubleuaturus, recedit, ſibi perſuadendo, ſe à Iutiæ, Danicè *Iÿdland*, populis iuxta eorum obligationem, defendendum fore; Sed contrarium accidit, dum illi impijs rebellium

O 2 ſtimu-

ſtimulis pariter impulſi, omnem ſibi libertatem promittentes, cum reliquis contumacibus pijſſimũ Principem perſequi decreuerunt. Porro Regis diſceſſu diuulgato, turba diripientium, cateruatim regiam habitationem inuadere, omnibus ſuſque deque perluſtratis, quod libitum foret, diripere, regales ſtipendiorum reliquias, quas vorando deglutire, ac ſecum deferre nequiuerant, proſternere, pedibus conculcando, vniuerſa porcorum more ſubuertere, &c, vt multa paucis complectar, nihil intermittere, quòd impijſſimæ animorum ſæuitiæ, ac ferocitati manifeſtandæ poſſet deſeruire; Hæc populus rebellis conſummauit, omni in Regem pietate, diuinæque iuſtitiæ timore deſtitutus, tantò maiori debacchandi libidine ſuccenſus, quantò magis impios conatus diabolica ſuggereret immanitas; Conuentione itaque facta & ſtabilito ſacrilegæ impietatis conſilio, veſtigia Regis, edicto propoſito, omnes vnanimiter inſequi concluſerunt, alij pedites, alij equites, vt Religioſi Principis memoriam regicidæ exterminarẽt; Epiſcopus Henricus iniquorum hominum cateruam à longẽ proſpiciens, vt primum impulſum contra Regem reprimeret, eis obuiam iuit vnà cum prudentibus, ac ſermone placido eos alloquens,

quens, ad pacem, obedientiam, ac venerationem præſtandam inuitauit, vtpotè tam vi naturalium, quàm diuinarum legum, ſuperioribus debitam, ſimulque Regis inclinationem, pietatis operibus, necnon beneficijs impertiendis addictam, experientia publica teſte, eiſdem ob oculos poſuit; Inſuper abſolutionem ab omni crimine, contra regiā authoritatem, & perſonam perpetrato, ſua inrefragabili cautione pollicitus fuit. Nihilominus obſtinatiores effecti, ſine vllo reſipiſcētiæ indicio, vel apparentia, in ſua prima contumacia perſtitere *Dura ceruice, & incircumciſis cordibus*; Vnde ad Henrici Epiſcopi conſilia, nobiliores belli Duces, ſimiles Iudæis, Stephanum quondam redarguentem deuouentibus, infrementes, inſanis clamoribus, ſeueriſque minis, ne ſalutari Epiſcopi ſermoni, optimæque admonitioni vulgus acquieſceret, contumaciter inſtiterunt. *Actor. 7.*

CANV.

CANVTVS SANCTVS Suæ Vitæ diſcrimen agnoſcit, & immanitate populi perdurante, Reginam ſuam coniugem, vt ſuam patriam repetat, adhortatur.

CAPVT XXIX.

Iſaac. Pon. lib. 5. Hiſt. Dan. f. 198.

SPretis Epiſcopi Henrici exhortationibus, pijſque eius admonitionibus eluſis, Sanctus Canutus propriæ Vitę diſcrimen, Regnique ſui pręcipitium præuidens, intimo cordis affectu, Reginæ ſuæ coniugi inſinuauit, vt, ſi res ſiniſtrè cederent, ad patriam cum Carolo, ac filiabus ſuis pergeret, & ibi corde quieto, quod à Deo optimo maximo decretum, ac pro maiori animæ ſuæ beneficio vtilius foret, inuicta ac conſtanti patientia, quæ vt Diuus Thomas ait: *Eſt radix & cuſtos omnium virtutum*, exſpectaret, conſiderando hanc tutiorem viã eſſe, ad æternam gloriam conſequendam, Paulo Apoſtolo teſte. *Non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit*; Inſuper certa, quòd, licet huius mundi tribulationes in infinitum excreſcerent,

S. Thom. 2. 2. quæſt. 136 in reſp. ad 3.

2. Paul. ad Timo. c. 2.

rent,

rent, nihilominus ſi promiſſa ab infinita Dei pietate, cæleſtis glorię retributio inſpiciatur, pro nihilo ſint reputandæ, ipſomet Apoſtolo confirmante in hæc verba, *Non ſunt condigna paſſiones huius* S.Paul.ad *temporis,ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* Rom.cap.8 Hiſce, & ſimilibus meditationibus,maximas ſui anguſtias Sanctus Canutus relaxabat;inter euidentiſſima pericula intrepidus,tutuſque deliteſcebat, & à mundanis oblectamentis totaliter ſemotus, cæleſtia lætabundus exſpectabat,iubilans cum regio Pſalte: *Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi; in domum Domini ibimus*; Dau.pſ.121. Suorum igitur Ducum ſtimulis impijſſimis potius, quàm ſalutari Epiſcopi exhortatione permotus, ferocitatis complicibus multiplicatis, ſeditioſus Cœtus ad omne facinus pręceps,ad Vrbem pręnominatam,in quam Rex actualiter confugerat, & ad locum, vbi regalium gazarum miniſtri, ſeù prouiſores morabantur, e veſtigio properauit; & vt exinde cæptæ inſolentiæ fama per vniuerſas Iutiæ partes diuulgaretur, noua cum violentia,domorum penetralia,armata manu ingreſſi, omnia tanquam publici prædones diripuerunt,& in præſentes crudeliter irruerunt, alijs vulneratis, alijs e ſtrato nudis extractis, alijs immaniter trucidatis, & ad communem terrorem

rorem

rorem incutiendum, in plateas publicas eiectis; extremè ipſimet per totam Ciuitatem anguſtiabātur Magnates in Ædibus proprijs; circum enim circa, omnem fugiendi aditum prohibentibus, hoſtilibus armis, in necem paratis, colluuies ſeditioſorum inceſſanter ampliabatur: Illi igitur partim in hoſtiles enſes, nudi proſiliebāt; partim quaſi à belluis dilacerati, horrorem ſpectantibus incutiebant, partim ſemiuiui è feneſtris ſemetipſos deorſum præcipitabant, alij circumſpectiores proprijs domibus cautè perfractis, ad Ædes proximas, vt occultè deliteſcerent, conuolabant; alii aquis ſe immergebant; Omnibus hoc iniquo modo tàm regijs miniſtris, quàm & ipſis domeſticis exturbatis, ſupellectilem totam, & quidquid pretioſum violauerat immanitas, rapuit cupiditas; Ita nobiles ab hoſtili cuneo, proprijs ſubſtantijs exuti, licèt inuiti, ignobile, rapaxque vulgus locupletabant; & innocētiæ conculcatæ exaltata inſultabat impietas, nullo non Ciuitati illi, tanquam calamitatum compendio, ſine lachrymarum profluuio compatiente, propter inhumanam tam barbarorum populorum violentiam. Rex verò ob bonum publicū, ab infauſto illo loco, cū ſuis confęderatis Miniſtris, idem conſulentibus, ſecretò diſceſſit.

SAN.

SANCTVS CANVTVS Ciuitatem Vuisbergh, ac poſtea Fioniam petit, vbi eandem patitur perſecutionem:

CAPVT XXX.

TAlibus igitur ferinæ hoſtilitatis operibus; ac iniquis ſceleribus perpetratis, exſpoliata non ſolùm, ſed etiam deſolata Ciuitate AcKersburgh, turba rebellium furiis infernalibus magis exagitata, omnia diſturbare moliebatur, ac ad ſitim, Regio ſanguine exſtinguendam, anhelans, illum, vbicunque commorantem, perſequi decreuit, ne ſancto Regi, eiuſque cōcomitantibus locus refugij relinqueretur, vt ſic omniū internecione, libertatem vnicè concupitam, & à dæmone, in animarum laqueum ſuggeſtam, infallibiliter conſequeretur; Hinc igitur pedem mouit anxius Princeps, versùs celeberrimum locum, in medio Iutiæ poſitum, qui non ſolùm ob eximiam ſitus eminentiam, verùm etiam ob memorabilem antiquitatem in omnium ore verſabatur, vbi temporibus elapſis, iuxta Paganiſmi ritum Idolum,

P ibidem

ibidem famoſiſſimum, Vig nuncupatum, ſacrificijs adhibitis venerabatur, ex quo nomen Vuiſbergh, Danicè *Vibierre*, deriuatum aſſeritur; Locus iſte in tam magna erat veneratione & æſtimatione, vt ex totis Iutiæ partibus ad eundem ſæpius non minima multitudo, tam de cauſis communibus tractatura, quàm & de legum veritate, ſeu firmitate diſcutienda, ſimul & ſtabilienda conueniret, ſingulari priuilegio ſtatuto, vt totum, quod ibi communi aggregatæ multitudinis conſilio ſtabilitum fuiſſet, nũquam in alijs Iutiæ locis illi derogari, ac irritari poſſet. Huc Sanctus Canutus cum Pibo ſuo miniſtro deueniens, dum ibi, ſicuti credebat, aliquem ſibi fidelem inquireret, poſt diligentiam opportunam adhibitam non inuenit; ſed etiam nouos inſidiarum laqueos, à perfidis Ducibus præparatos aduertit, vt in hoc Sancti Matthæi Apoſtoli dictum verificaretur: *Ex abundantia iniquitatis, refrigeſcet charitas multorum*; Denique malignis perſeuerantium rebellium machinationibus, omnem etiam refugij locum prohibituris, Sanctus Canutus horribiles iniquæ tempeſtatis procellas minimè ſe euaſurum proſpiciebat, videlicet iuſtè dici poterat de Sancto hoc Rege, quod de Redemptore, tẽpore paſſionis pronũciabatur,

S. Matth. cap. 24.

batur, Quòd Vulpibus auxilij ſouea pateat,& aues Cæli conſertos ſibi nidos reperiant, *Filius autem hominis, vbi caput reclinet, non habeat*: Nihilominus de vnanimi Miniſtrorum, ac Collegarum pertimeſcentium conſilio ac inſtigatione, portum fluminis, qui Sleh dicitur, Danicè *Sleg*, Iutiæ furorem ſimul & ipſam Iutiam penitùs relicturus, nautico adijt itinere, poſteà per terram profecturus Fioniam; Tandem cum domeſticis ſatellitibus ac nouo iam certamine exercitandis Tyronibus, Fioniæ, Danicè *Fÿen*, aduehitur, vbi, dum præſētis ſecuritatē quietis minimè nanciſceretur, ſempiternæ fælicitatis palma, glorioſique triumphi perpetua memoria poſtea inſigniri promeruit. In tantum namque antiquiſſimus hoſtis, animarumque nequiſſimus ſeductor, ſic Deo permittente, ſuæ execrabiles iniquitatis ac malitiæ artes, ſuggeſtione & inſtigatione promouebat, vt impietatis Miniſtros in Dei ſeruum irritaret vehementiùs, inſidias, ſceleriſque complices accumularet vberiùs, nemine ab impijſſimis conatibus deficiente, ſed magis, magiſque ſemper regicidarum perſequentium accreſcente cumulo, vt innocens Princeps de numero tolleretur viuentium. Proditoriè per ſcrutatores publicato loco, in quem Sanctus Canutus

s.Matth.c.8

P 2 con-

confugerat, incunctanter ad eundem conuolat ſacrilegus Cuneus.

SANCTVS CANVTVS Ciuitatem Othoniæ ingreditur, vbi ſtructa à Pibo regio Miniſtro, proditionis fraus innoteſcit.

CAPVT XXXI.

Sanctus Canutus Fioniæ iiſdem anguſtijs implicatus, incidit in ſcyllã, cupiens vitare charybdim; diuina igitur prouidẽtia ita diſponẽte, ad Othoniæ, Danicè *Odenſöe* Ciuitatem, ſe contulit, tanquam præcipuum certaminis vltimi locum, glorioſique Atrium triumphi, ex quo denique ad æternæ fælicitatis Patriam euolaturus erat, vnà cum fratribus ſuis Errico, atque Benedicto, laboris, & afflictionis conſortibus, ac alijs Miniſtris, fideliter lateri regio aſsiſtentibus, quorum conſilijs, quid in tanto rerũ diſcrimine conuenientius foret exequeretur. Eodem tempore & loco, ſtatim etiam comparuit ſeditioſa iniquorum populo-

pulo-

pulorum arma geſtantium Caterua, qui occultò dolo non tam internuncios, quàm exploratores ad Regiam aulam tranſmiſerunt, vniuerſa interim rebellium multitudine, in audaciſsimũ regicidij facinus ſe mutuò animante, inter quos Caput ſeditionis, ac fraudis Princeps Pibo, auerni veneno plenus, ingenio aſtutus, eloquio facundus, Regem innocentem malignè adijt, &, vt fidem fraudibus præberet, iniqua populorum rebellium non excuſabat, ſed exaggerabat delicta, dictitans pœnam eis debitam, vtpotè qui publica hoſtilitate vitæ, & ſaluti regiæ inſidiati, læſæ Maieſtatis reatum incurriſsent: Suadebat etiã Regi ſancto, quod, quandocunque rebelles hoſce à perpetratis delictis abſoluendos, regio verbo declaraturus eſſet, ipſemet ſtante hac regia promiſsione tumultum ſedare, iniquos animos reprimere, ac ad perfectam obediẽtiam reducere vellet, quem in finem, ſi opus foret, non ſolùm ſanguinem, verùm etiam propriam vitam, pro regia ſalute & defenſione conſtantiſsimè ſe immolaturum pollicebatur. Hiſce, ſimilibuſque Pibi verbis, Sanctus Canutus omnimodam fidem præſtitit, quẽ ſicuti acutiſsimæ, ac perſpicaciſſimæ intelligentiæ dono ditatum nouerat, ita pariter aſſertę promiſsionis euentum facilè ſæcuturum

Sax. Grãm. lib. 11. Hiſt. Dan. fo. 198

turum

turum ſperabat. Pijſsimus igitur Princeps, non ſolo ſe verbo rebellium flagitijs condeſcenſurum, ſed etiam paterna eoſdem beneuolentia ſe amplexaturum promiſit, diuinæ memor miſericordiæ, dicentis: *Nolo mortem impij, ſed vt conuertatur, & viuat*: Menſæ igitur regali eodem tempore iuxta ſolitum, blanditijs, ac ſummæ beneuolentiæ ſignis, necnon perfectiſsimæ charitatis & gratitudinis oſtentationibus, Regi proximus Pibo aſſidebat; meritò Sanctus Canutus repetere poterat illud Dauidicum: *Qui edebat panes meos, magnificauit ſuper me ſupplantationem*: ac etiam cum Redemptore dicere: *Qui intingit manum mecum in parop ſide, hic eſt, qui me tradet*: Sceleſtus enim Pibo, velut alter Iudas Iſcariotes, cor gerens infernali veneno contaminatum, dum regijs non modò dapibus farcitus, & poculo ebriatus, ſed & muneribus plurimis præuentus eſſet, ſecum nihilominus hunc eundem Regem, &, quod vel nefas eſt cogitare, omnino innocentem, populorum rebellium furijs tradere cogitabat in interitum. Denique religioſiſsimum Principem ficto, fraudulentoque oſculo amplexatus, ſicut Iudas Lucis Authorem, acceptis argenteis, vendidit Phariſæis, ſic ille cordialiſsimæ affectionis apparente obſe-

Ezech. 33. c. 2.

Dau. pſ. 40

s. Mattht c. 26 I

obſequio, luce derelicta, ac fidei probitate poſtpoſita, infidelitatis tenebris illaqueatus, vt nox nocti non ſcientiam, ſed inſipientiam indicaturus, hoſtilibus caternis occurrit,& paternum Sancti Canuti affectum, omnium iniuriarum immemorem, ſummaque charitate refertum eludens, ſingulis ijs, quæ a Rege ſancto perceperat, contrarium peruerſo ſenſu denunciauit, & infernalibus ſuggeſtionibus, maius furoris incendium excitantibus, corda rebellium magis irritauit,& eorundem peruerſam,iniquamque voluntatem,ad Sancti Regis eiuſq; adhærentium totale exterminium propenſam conſolidando; ſuadentibus ſibi interim rebellibus, ſe tali methodo optatam viuendi libertatem conſecuturos, atque à præceptorum obſeruandorum vinculis, necnon à pænis, contra inobedientes ſtatutis, ſoluendos. Denique vt intentionem peſſimam crudelis Pibo perficeret, ſicuti Iudas proditor oſculi ſignum, vt Ieſum comprehenderent, Iudæis præbuit, non impari ille modo, populis viam tutam, ad Regem capiendum, atque interficiendum diſpoſuit; ita hæc impijſſima Pibi machinatio, in omnem æternitatem,execrabile malitiæ, crudelitatis,ferocitatis, & flagitiorum omnium innotuit compendium.

INI

INIQVITAS POPVLI augetur, & Sanctus Canutus Ecclesiam Sancti Albani Martyris petit, ibique ſacrum audit, & Sacramento Altaris munitur.

CAPVT XXXII.

SEditioſa populorum multitudo, iniquis ſibi ſuggeſtionibus incitata, ad omnem crudelitatem exercendam præceps, atque parata, diuulgato etiam vndequaque modo, ad pijſſimi Regis, eiuſque Adhærentium excidium opportuno, magiſque idoneo, regiam eiuſdem Ciuitatis Othoniæ aulam, ſolita cum violentia inuaſit, vbi tanquam rapaces belluæ, & ad deglutiendum paratæ, omnia circumquaque loca obſeſſa ſollicitè circuibant; Iniqnorum hominum clamoribus, ac vociferationibus, equorum fremitu, armorum colliſione æthera reſonabant; diſcurrentium impetus humum concutiebat, puluis ſolo exurgens, in aera altius latiuſque diffuſus, Cælum obſcurabat, itaut locus ille non tam humano

Digitized by Google

no incolatui, quàm infernali confuſioni aſsimilari potuiſset.

Ex hiſce rumoribus, ac inhumanis violentijs ſanctus Canutus perfidam eorundem iniquitatem, necnon Pibi fraudem collegit, qui non iam in abſcondito, ſed publicus hoſtis impietati proditoriæ addictus, vt coniuratorum caput & dux inſaniebat. Porro deuotiſsimus Rex iuxta ſolitum morem, ad Eccleſiam Sancti Albani Martyris, a ſe ante octo annos exſtructam, & reliquijs eiuſdem ſancti ex Anglia translatis, ditatam, veſpertinales horas auditurus, ac ſe ſuoſque Deo vniuerſorum Opifici commendaturus, tanquam ad locum certaminis & præmij ſe tranſtulit. Eodem tempore inaudita hoſtilitate; peruerſa rebellium multitudo, ex omni parte aduolans, conglobatur, ædes regias, ſicut & alia loca exſpoliat; Quidam quoque in atria Eccleſiæ, per quæ Sanctus Rex intrauerat, cum ſuis irrumpere conabantur, vt via ad Regem trucidandum eis pateret; Alij valuas Baſilicæ infringere tentabant, nonnulli ligneis machinis, circa Eccleſiam appoſitis, ignem admouere inſiſtebant, vt aut viuos compræhendere poſſent, vel ijs occumbentibus ſuperſtites, omnium excidio, victorias canere, ac triumphum reportare

Iſaias c. 5. tare valerent. *Sed quia non eſt abbreuiata manus Domini:* In inſtãti mirabiliter ignis,rore ſupernæ virtutis,exſtinctus fuit,& S. Canuti Aſſeclæ,tanquam inuictiſsimi Tyrones,ab intùs vim hoſtilem virtute æquali infringentes, introitum omnem armis contrarijs intercluſerunt, ſuumque Principem glorioſiſsimè defenderunt: Rex interea Canutus humilitate Dauidica, maxima lachrymarum copia, de ſuperioris vitæ maculis, coram ſupremo Rege contritus; ad Sacerdotis aures, Sacramentali confeſsione deuotiſsimè conſcientiam ſuam à minutiſsimis etiam imperfectionibus totaliter exonerauit; Cum hiſce doloris perfectiſsimi ſignis,ſacrum audiuit,& Sacroſanctę Communionis Sacramento ſe muniuit; pijſsimum Regis ſui exemplum Collegis reliquis impigrè imitãtibus. Nouerat enim perfectè Sanctiſsimus Princeps, diuina Sacramentorum virtute, vires fore conſolidandas, necnon ſpiritum ad cæleſtia ſubleuandum,iuxta illud,quòd Nobis S. Thomas reliquit documentum,inquiens: *Nullum Sacramentum eſt iſto ſalubrius, quo purgantur peccata virtutes augentur, & mens omnium chariſmatum abundantia impinguatur*. Eodem tempore tam aureis, quàm argenteis muneribus ditauit Altaria, ac omni eo, quòd tunc

Elnot. Cantuar. in elog. vit. s. Can.

S. Thom. opuſ. 57.

ad ma-

ad maiorem Dei gloriam, eiuſque Miniſtrorum commodum, elargiri poterat.

POPVLI CONATVS, VT ECcleſiæ parietes infringat, ac mors prodigioſa Pibi, à dæmonibus obſeſſi.

CAPVT XXXIII.

INiquorum obſidentium violentia ſemper magis augebatur, ac multitudo vndequaque accurrens, nullo poſthabito labore, Eccleſiæ parietes ad terram proſternere indeſeſsè allaborabat; inter omnes autem magis atrox Pibo furebat, dum non amplius vt regiarum gazarum Miniſter Regem veneraretur; ſed vt iuratus hoſtis ad ſingulare certamen eum prouocaret, totus in Regicidium conuerſus atque paratus; Ipſe enim velut alter Iudas, improborum ductor, malitię veneno tumidus, parietes velociter circumcinxit, vtque ijs deſtructis, immane ſcelus quantocius inchoare poſſet, rebellium operam ſollicitabat in ſubſidium; Sed Deus aliquando iuſtitiæ effectus mani- Sax. Grām. lib. 11. Hiſt. Dan. f. 199.

Q 2 feſtans;

David. pſ. 93 ſeſtans ; *Nam Deus vltionum , Deus liberè egit* : permiſit, vt ille ſceleſtus publicas ſui delicti pœnas exſolueret, dum eodem tempore, reliquis Ianuas per iteratos armorum ictus; infringentibus, ipſe vulneribus confoſsus cecidit, & ad euidentioris vltionis, illico ſuperuenietis indicium, è terra ſublatus, domum aſportatus fuit, & à crudeliſſimo dæmone inuaſus, vicina quæque, tam manibus quã morſibus inuadere, diripere, & deſtruere contendebat; ore ſpumante, horribilique vlulatu vociſerans, horrenda & inaudita proferre cæpit, & immane ſcelus ſuum profiteri, qui denique lingua mordicitus abſciſſa, vt alter Iudas, vita miſerabili terribiliter exceſſit, & anima duplicibus dęmonum catenis obſtricta, ad profundum inferni deſcendit. Hoc prodigioſo, ac miſerabili ſpectaculo impij rebelles nihil commoti, ab incæpta hoſtilitate minimè receſſerunt, imò pertinaciores effecti, toto conatu, Baſilicæ parietibus deſtruendis inſudabant.

Elnot. Cantuar in elog. vit. s. Can.

Digitized by Google

MARTYRIVM SANCTI CAnuti, qui multis vulneribus confoſſus, tandem brachijs ad modum Crucis diſtenſis, ac latere Lancea perforatus occumbit.

CAPVT XXXIV.

COpia rebellium vndequaque dimicante, piiſſimus Rex ſe morti propinquum aduertens, Redẽptori in horto oranti conſimilis, oratione feruida ac efficaci ſe diſpoſuit, vnà cum paucis eorum, qui ipſi intra Eccleſiam in agone aſſiſtebant, alijs vitæ diſcrimine perterritis in fugam conuerſis; vbi partim verificari poterat, quod de Saluatore prolatum fuit: *Omnes relicto eo fugerunt*: Canutus igitur ante Sacrum Altare, vbi Crux ac Reliquię Sanctorum Martyrum, Albani & Oſualdi, in capſis reconditæ, appoſitæ erant, flexis humillimè genibus, oculiſq; in Cælum eleuatis, enixè Deum rogabat, vt in imminenti certamine, opportunis non deſtitueretur auxilijs; timebat enim, ne propria caro, paſſiones & morta- S. Matth. cap. 26.

les

les anguſtias naturaliter exhorrens, à conſtantia debita recederet, ad Redemptoris exemplum in ſua paſſione dicentis: *Spiritus quidem promptus, caro autem infirma.* Eodem pariter tempore, impetus & populorum conatus minimè deficiebant, vt parietibus diffractis, aditum ad Eccleſiam ſibi patefacerent, ſed cum eum non tam facilè optatum finem conſequi poſſent, ſagittis, lapidibuſque per feneſtras, vt Sanctum Principem ſolo proſternerent, iniectis, Canutus vt alter Stephanus lapidibus obrutus, & velut rediuiuus Sebaſtianus ſagittis confoſſus ſuccumbebat. Eoſdem cruciatus, & tormenta experiebatur Benedictus, eius frater, cum paucis alijs Aſſeclis, ita vt ſanguis è vulneribus emanans, copioſè rubricaret pauimentum Eccleſię quam licet Sacrilegorum populorum immane ſcelus profanaret, nihilominus, vt piè credi poteſt, pretioſus, è Sancti Canuti corpore profuſus ſanguis ſanctificauit. Denique innumerabilibus lapidum, telorumque vulneribus vndequaque ita dilaceratus conſpiciebatur, vt de ipſo verificari potuiſſet, quod de Redemptore meritò prædixerat Propheta: *A planta pedis vſque ad verticem capitis, non eſt in eo ſanitas*: Verùm vt paſſionum Chriſti Rex deuotiſſimus imitator efficeretur, veluti

S. Matth. cap. 26.

Iſaias c. 1.

luti Dominus Ieſus in cruce, & in medio iniquorum poſitus, ſic & iſte inter Cuneum infenſiſſimę multitudinis conſtitutus, aquam ſibi ſitienti porrigendam enixè expetijt; adſuit igitur præſentium vnus, qui pietate motus, hauſtum frigidæ, per ſeneſtram mediante haſta, ſubminiſtraret: ſed alius mox accurrit, iuratæ iniquitatis filius, qui haſta vaſculum aqueum excutiens, aquam diſſipauit; ita ſitientem impius ille Principem ſuum, ad modicum quidem temporis, cruciauit, æterna ipſe ſiti extenuandus in flammis auerni, debito inhumanæ adeo feritati ſupplicio; & ſubitò quidẽ, dum paulò poſt idem ille veſania tumidus, furijſque ardens, ad fontem feſtinat, ſitim propriam exſtincturus, capite prius in aqua poſito, in inſtanti, ad inſtar ponderoſi lapidis in profundum demergitur, genibuſque deſuper monſtruoſè diſtentis, ſpiritus nequiſsimus ad infima baratri abripitur, cadauere ibidem exanimi, veluti diuinæ vltionis ſigno, ſuperſtite relicto; ita diuina indulgente clementia; *Ducunt in bonis dies ſuos* & eadem pariter vrgente vindicta, *in puncto ad inferna deſcendunt.* Iob. c. 21.

Inuictiſsimus Canutus, licet ad extremum ſuę vitæ redactus eſſet, nihilominus tanquam alter Andreas Apoſtolus, in cruce poſitus, ijſdem in-

fidis

Digitized by Google

fidis rebellibus, Cæleſtis Regni viam ſuadere non deſiſtebat, ſimulque ad Saluatoris exemplum, in cruce clamantis: *Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt*: Inter preſſuras perſequentium, in ipſo magis paterna reluxit charitas, qua ſemper populis ſubuenire, ſubleuare, & ad virtutum exercitium pro animarum beneficio dirigere, omni cum diligentia conabatur; Licet autem hæc verba, merum amorem ac pietatem ſtillantia, ad cor etiam lapideum emolliendum ſufficerent, nihilominus inſenſatæ plebis rabies & veſania in tantum augebatur, vt religioſiſsimum Principem, inter arma ſtridentia & ſaxa volantia poſitum, vtilia quæque ac rationabilia ſuadentem, & pacifica pollicentem, non ſolùm non audirent, ſed etiam ſpiritu malignitatis impleti, omnique humanitate exuti, nec diuinis mouerentur virtutibus, nec humanæ rationis mitigarentur perſuaſionibus, imò vt ferociores ac crudeliores effecti, inaudita barbarie, lapidum ac telorum ictibus, dum Sancti Canuti collegæ, hoſtiles impetus, intra fores Baſilicæ, alacriter reprimerent, ipſi pretioſarum reliquiarum Sanctorum Martyrum, Albani & Oſualdi capſulas, ex altari ſacro cum Cruce Sancta impoſita, in terram præcipitarent, inter quas Canutus

S. Matth. cap. 26.

tus ſanctus, tanquam agnus coram tondente, & victima innocens, ad ſe Deo ſacrificandum totaliter diſpoſitus hærebat, & vt in die Veneris (quo Sanctus Rex occubuit) Chriſti paſsionem imitaretur, diſtentis brachijs ad modum Crucis, immobilis permanebat, pectore ſimul & ore ad Aram conuerſo: Tunc quidam ex impiorum caterua lancea per feneſtram intromiſſa, latus eius perforauit, vt ita in milite teſſera vigeret, quam in Duce veneramur, *dum vnus militum lancea latus eius aperuit*: Poſt vulnus exitiale, ſacra Ædes ſanguine cruentatur, & ipſe ad terram proſternitur; *Ita venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum ſanctum tuum, effuderunt ſanguinem ſanctorum tuorum, &c.* Nequaquam tamen in hiſce tormentis pijſsimus Rex, fratris ſui Benedicti fideliſsimi obliuiſcebatur, certaminum Collegæ vulneribuſque confoſsi, cui cum oſculo pacis ſupremum vale impertijt: Poſtea ſanguinis vnda ex lateris vulnere, vberrimè emanante, exanguis & morti proximus, denuò brachijs ad modum Crucis expanſis, voce ſonora adhuc ſuperſtite, Ieſum interpellauit, & ſpiritum ſupremæ maieſtati commendans, clamando, *In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum*, exſpirauit, & hoſtibus,

Ioan. c. 19.

Dau. pſ. 78.

Sax. Grām. lib. 11. Hiſt. Dan. f. 200.

R mun-

mundo; Dæmone, ac propria carne ſuperatis, glorioſis cumulatus triumphis, pretioſi glebam Cadaueris, ſanguine conſecratam relinquens, à tormentis & martyrio, ad ſempiterna Cæli gaudia, perpetuò regnaturus, euolauit, Anno milleſimo octuageſimo ſexto, vt Iſaacus Pontanus in ſua Hiſtoria Danica aſſerit, & pro confirmatione, ſequens Epitaphium, ad eiuſdem Sancti Canuti Sepulchrum, in Ciuitate Othonienſi poſitum, inque Eccleſia, eiuſdem glorioſo nomini dicata, repertum affert, vt infra &c.

Iſaac. Pont. lib. 5. Hiſt. Dan. f. 199.

Anno Incarnationis Dominicæ 1086. in Ciuitate Othenſia, glorioſus Rex, Protomartyr Danorum Canutus, pro zelo Chriſtianæ Religionis, & iuſtitiæ operibus, vt Chriſtus, à proprio Conuiua Blaccone traditus, in Baſilica Sancti Albani Martyris, per eum paulo ante ex Anglia in Daniam tranſuecti, poſt confeſſionem delictorum, Sacramento munitus Dominici Corporis, ante Aram, manibus ſolo tenus expanſis in modum Crucis, lanceatus latere, ſeptima Idus Iunij, ſexta feria, mortem pro Chriſto paſſus, requieuit in ipſo.

Eiuſdem ſententiæ eſt Vigornius, qui Canutum ſeptennio regnaſſe aſſerit; Elnotus Cantuarienſis

ſis, ab ipſomet Iſaaco Pontano relatus, ponit eius mortem ſecutam Anno 1090. & integrum pene triennium ſuperaddit; Baronius quoad Hiſtoriam, in Saxone Grammatico fundatus, affirmat, eius Martyrium accidiſſe Anno 1081. licet ab ipſo Saxone nihil, vt vidi, quoad annos ſpecificetur. Molanus in ſuo Martyrologio refert paſſionis eius Diem, ad decimam Iulij 1080. & vt declarat idem Pontanus, Typographi, aut ſcribarum incuria, integrum ſexennium minus ponens. Vnde cenſeo in hac materia, ſtante opinionum tanta diuerſitate, me ſubmittere doctiorum arbitrio, vt ipſi concludant, quod veriſimilius, & magis authenticum iudicauerint.

ERRICVS SANCTI CANVTI Frater, ac alij Adhærentes, Regis Sancti necem vindicare conantur, & licet pauci, nihilominus rebellium excidio, Victores euadunt.

CAPVT XXXV.

CANVTO Sancto è viuis ſublato, Erricus eius Frater intrepidus, necnon alij conſtantiſſimi aliquot Commilitones, viribus ac populorum rebellium feritate haud perterriti, ſed ſolùm Regij ſanguinis vindictam exquirentes, non modò hoſtibus non cedere, ſed & arma fortiter arripere, animos mutuò exhortari, irruentibus indilatè occurrere, & cedentibus vicem rependere ſtatuerunt, certi glorioſè magis occumbere, quàm tanto Principe amiſſo, ſuperuiuere. Hi igitur hoſtile agmen coaceruatim oppugnantes, ſic diuina permittente iuſtitia, multorum inimicorum excidio triumpharunt, & nouo rebellium cruore Ædem Sacram conſperſerunt, ac templi

templi pauimentum vnda ſanguinis denuò irri-
garunt ; ita iuſtiſſima vindice Dei ira , illi im-
pijſſimi Regicidæ facti ſunt *opprobrium vicinis* Dau. pſ. 78.
ſuis , ſubſannatio , & deriſio in circuitu timentium
eum: Mirabilis ſanè extitit hæc Errici belligera
virtus , qui cum glorioſiſſimè dimicaſſet , ac ſa-
crilegorum hominum copiam , armata manu ,
contriuiſſet , poſtea inter hoſtiles exercitus tran-
ſiens , liber ac ab omni periculo immunis euaſit,
quod non ſine ſingulari Dei propitiantis aſſiſten-
tia eueniſſe , piè credi poteſt , non ſolùm intuitu
fidelitatis , Regi Sancto ſuo fratri præſtitę , ve-
rum etiam vt futurum Regni gubernium , tam
virtute & perfectione propria, quàm in larga pro-
ximorum beneficientia ſolidè fundatum , aſſe-
queretur ; prout totum hoc exitus comprobauit ,
& in ſequentibus clarè dilucidabitur .

POPV-

POPVLVS FERINAM barbariem exercet, contra Benedictum Sancti Canuti Fratrem, necnon contra eius Commilitones adhuc ſuperſtites, & Eccleſiam ſupellectili Sacra exſpoliat.

CAPVT XXXVI.

SAncto Canuto cum inuictiſsimis Athletis, intra ſacras Ædes interempto, rapacitas & iniquitas Paricidarum exſtincta, aut diminuta minimè fuit, ſed abſque diuinæ Maieſtatis timore, flagitia multiplicauit, quia vt Regius Propheta teſtatur, *Abyſſus Abyſſum inuocat in voce cataractarum tuarum*: Vt igitur Sancti Regis Commilitonum excidio, peruerſæ voluntatis malitiam totaliter explerent, Cadauera ſanguine proprio immerſa inueſtigarunt, & ab inuicem ſepararunt, ne aliquos forſan ſuperuiuentes relinquerent, prout de facto quoſdam, lætalibus vulneribus ſaucios, & agonizantes inuenerunt, deinde regiæ ſedis locum, domoſque vicinas circumquaque per-

Dau. pſ. 41.

perluſtrantes , Benedicti Corpus diligentiſsimè inquiſierunt, ne quis regiæ ſtirpis, vt ſceleris vltor ſuperſtes remaneret; poſtea locis omnibus inquiſitis, eundem Benedictum adhuc ſuperuiuere, & in proximo ſeruari hoſpitio recognouerunt; Quò præcipiti curſu irruentes, egregium Iuuenem inuentum, vulneribus confoſſum, ac morti propinquum, pedibus extrahentes, in medium platearum detulerunt, vt Apoſtoli Pauli proloquium comprobaretur: *Spectaculum facti ſumus mundo, Angelis, & hominibus*; Cumque, quomodo vel quali eum morte, vt iniquæ ſuæ voluntati penitus ſatisfacerent necandum eſſe pertractaſſent, iam veluti prædatores de raptu diſsidentes, innocentem virum membratim diſtraxerunt, adhuc ſemiuiuum; & vt nihil crudelitatis ac ferinæ ſęuitiæ intentatum relinquerent, lanceis nobile corpus, alij terræ infigunt, alij ſecuribus, nonnulli gladijs impetunt, & ne vllus profani, immaniſque ſceleris expers exiſteret, quod quiſque manu proximum corripuerat, in immanitatis inſtrumẽtum conuertit, ita plus hic Athleta mille vulneribus cõfoſſus, atque diſſectus occumbit, cum perpetua atrociſsimorum paricidarum infamia; Ita debacchabantur ſceleſti, nullo inter eos exiſtente, qui bonum ageret, vel impiè agentes

s. Paul. 1. Corint. c. 4.

Elnot. Cantuar. in elog. vit. s. Can.

agentes coerceret, vt verificaretur dictũ propheticum. *Corrupti ſunt in ſtudijs ſuis, & non eſt, qui faciat bonum non eſt vſque ad vnum*: Benedictus verò inter crudeles anguſtias, ac dira tormenta, vita functus, æternam conſtantis fidelitatis memoriam reliquit; ſicuti etiam eius Commilitones, qui ſeptendecim numero, Regis Sancti ad exemplum, patienter vulnera & mortem ſuſtinentes, eadem immanitate trucidati fuere, vti in Epitaphio, ad Canuti Sácti Sepulchrũ appoſito extat, in quo ſequentia verba exarata referuntur.

Dau. pſ. 13.

Occiſi ſunt etiam ibidem cum eo, ſcilicet frater eius, nomine, & gratia Martyrij, nomine Benedictus, ac decem, & ſeptem ſui Commilitones, videlicet Sueno, Ebbo, Trudo, Thago, Bernardus, Gotmerus, Sunia, Eſchildus, Palnus, Rodulphus, Viulghriſus, Trugottus, Taſtenus, Aliſmundus, Tocci & Blaca.

Iſaac. Pont. Hiſt. Dan. f. 199.

Poſt hæc ſcelera, impij homines iniquis conatibus defatigati, ſed minimè ſaturati, ſacraria perſcrutantes, imò reliquiarum capſulas, omni Dei Sanctorumque timore poſthabito, vaſa ac paramenta ſacra Sanctis Altaribus extraxerunt, omniaque alia ibidem aſſeruata, vt ſuæ auaritiæ ſatiſfacerent, ſuſtulerunt, vt ille ſacræ ſcripturæ textus adimpleretur: *diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium platearum.*

Thren. c. 4

POPV-

POPVLVS PARICIDA IN publicis Plateis exultat, attentans detractionum opprobriis Canuti Sanctitatem obſcurare, quæ tamen Diuina diſponente prouidentia vbique magis eluceſcit.

CAPVT XXXVII.

POpulorum Regicidarum cæcitas atque perfidia adeo excreuit, vt tempore, quo grauia delicta ac execranda ſcelera deflere debuerant, in publicis plateis collætantes, ludis ac feſtiuis declamationibus exultarent, ad internum animorum iubilum, & ſatisfactionem publicandam, quam ex conſummato obtinuerant regicidio, diuinæ immemores iuſtitiæ, quam in vltionem animabat ſanguis ſacer, vociferans in Cælum, iuxta illud; *Vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra*: Ita ſanguis Martyris inuicti, Sancti Canuti, & Sociorum eius clamabat ad Deum de illo, quod purpurarat Baſilicæ pauimentum: at Rebelles interim impijſsima flagitia ſua depre- Gen. c. 4.

S dica-

dicabant, & de ſceleribus ſuis glorianteſ triumphabant, vt ſe probarent eſſe de cætu eorum; Prouer.c.2. *Qui lætantur cum malè fecerint:* Potuiſſet equidem ſingulis horum exprobrari illud Dauidicum: Dau.pſ. 51. *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?* Hiſce peractis nondum erat malitiarum, ac iniquitatum finis; Vt enim nullas perfidiæ partes præteriret impia colluuies, fucato pietatis titulo paricidium cæpit cohoneſtare, maledictis execrationibus defunctum Principem perſequi, Tyrannum nuncupare, & plurium criminum reum inſinuare: Accommodè vtique de ijs regius Pſaltes cecinit: David.pſ.5. *Sepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis dolosè agebant, venenum aſpidum ſub labijs eorum, quoniam os eorum maledictione, & amaritudine plenum eſt.* Sed Deus, glorioſum ac Sanctum militem ſuum debita mercede fraudari, Sax. Grām. lib.11 Hiſt. Dan. f.200. minimè paſſus, occultam Sanctiſſimi Canuti innocentiam ac æquitatem, tam in vita quàm in morte, manifeſtis publicauit indicijs atque miraculis. Nihilominus plebs inſana ac maledica, inuidię impulſu excitata, infallibilem ſignorum veritatem obfuſcare tentauit; Et licet flagitioſa ſacrilegia ſua, cæleſti etiam iudicio reprobata, & damnata eſſe euidenter, vel manibus palparet, ad diſſimu-

diſſimulandam tamen, occultandamque miraculorum fundatiſſimam certitudinem, iuſtam iniquę cædis cauſam fingebat, firmamque facti defenſionem proſequens, ſententiæ ſuæ perſeuerantiſſima propugnatrix exiſtere non erubuit, nullis ſaturanda furijs, niſi Sanctiſſimum Principem & vita, & fama ſimul ſpoliaſſet; Sed in vanum omnis cecidit conatus, nam fulgidum Canuti Sanctitatis iubar, non tantum Othoniæ, verùm etiam vndequaque ad omnes populos cum maieſtate diffuſum, reſplenduit; Tamen peruerſorum rebellium corda, ſcelerum tenebris inuoluta, ac cæleſti veritatis luci inimica minimè penetrauit, quia vt Sanctus Lucas ait: *Ambulant in tenebris, & in vmbra mortis ſedent:* Interim læſæ conſcientiæ ſtimulus eos ſummopere torquebat, vt Caino poſt perpetratum fratricidium accidit, qui licet in mundo non alios niſi Adam, & Euam ſuperſtites eſſe ſciret, mortis tamen timore commotus, clamabat; *Omnis qui inuenerit me, occidet me:* timebant pariter & illi, ne aliquis Regis necem vlciſceretur, vel ad minus prauitatis ſuæ vindicem relinquerent, aut à Deo, nouæ alteri poteſtati iterum ſubiecti, præſenti libertate exuerentur, quibus concluſum erat, nec diuinis cedere inſtitutis, nec regiæ, ac

Iſaac. Pont. lib. 5. Hiſt. Dan. fol. 199

S. Luc: c. 1.

Geneſ. 4. cap. 4.

ſuperioris potentiæ obtemperare, ſed cæteris audaciores, potentiores, & animoſiores, audacia ſimul & contumacia, gentibus præeſſe: ſed non cognouerunt cæcutientes in tenebris, quod ſcilicet: *Contritio, & infelicitas in vijs eorum, quia viam pacis non cognouerunt.*

Pſalm. 13.

SEDANTVR TVMVLTVS; & Clerus Sancti Canuti, Benedicti eius fratris & Commilitonum corpora tumulat.

CAPVT XXXVIII.

SEdatis tumultibus, ac iniquitatibus terminatis, impietatis ſacrilegi executores, à loco ſacro ſimul & à Deo recedentes, Eccleſiam Sancti Albani Martyris, pretioſa ſupellectili ſublata, liberam, ſed exſpoliatam deſeruerunt, vnde Clerus deuotus conuenit vnà cum multitudine concurrentium fidelium, non ſolùm vt ad officium pietatis aſſiſterent, omneque auxilium in tam pia functione opportunum præſtarent, verùm etiam vt Sancti Regis corpus venerarentur: Qui omnes

cæſo-

cæſorum corpora inordinatè permixta, ac ſimul confuſa perquirere, recognoſcere, atque vnum ab alio diſtinguere curauerunt, elaborantes precipuè, vt membra Benedicti, Regis Germani, inhumanè diſcerpta, colligerent, quæ poſtea vnà cum corpore Sancti Canuti in eminentiori Eccleſiæ loco, lacrymis vndequaque confluentibus, recondita fuere, reliqua verò glorioſorum Commilitonum in atrio eiuſdem Eccleſiæ. Baſilica itaque Othoniæ, pretioſiſsimis hiſce reliquijs ditata, magnam populorum copiam indies magis, ac magis alliciebat, & ad ſe pertrahebat, qui tam vitæ, quàm miraculorum virtutem admirantes, viua fide, ab efficaciſsima Sancti Canuti interceſsione, diuina auxilia ſperabant, quòd totum continua miraculorum ſeries comprobauit, & in ſequentibus magis diſtinctè elucidabitur.

Elnot. Cât. in Elog. vit. s. Can.

REGI-

REGINA SANCTI ALBANI Eccleſiam de nocte petit, vt corpus Sancti Canuti Coniugis ſui, è ſepulchro ereptum, ad propriam Patriam trāſferat, ſed euidenti mota miraculo, intentionem mutat.

CAPVT XXXIX.

PRudentiſsima Adela Sancti Canuti Coniux, temperatis tandem ſingultibus nimijs, & mitigato, quem ex Regia nece conceperat, immenſo vidui cordis mærore, ad patriam quàmprimum proficiſci ſtatuit, vnà cum filio ſuo Carolo, relictis in Dania duabus alijs filiabus, ſed ne omni orbata graderetur ſolatio, quem viuum ſubtraxerat conſortem impietas, vel mortuum indiuiduum ſibi elegit animoſa virago: conſtanti igitur ſinceriſsimi amoris ſtimulo incitata, incomparabilis diſcriminum, periculorumque victrix, propriæ muliebris immemor impotentiæ, & regiam animi excellentiam, cum admiranda genero-ſitate

ſitate coniũgens, pretioſas cariſsimi coniugis reliquias auferre, ſecumque ad natiuum ſolum, Grandauum transferre ſtatuit, vt ibi in Blandinienſi Eccleſia, Apoſtolorum Principi conſecrata, honore regiæ maieſtati, & Sancto corpori debito, reconderentur; Sed quia non tam facile translationem illam ſecuturam eſſe perpendebat, cõſultis confidẽtioribus miniſtris, S. Albani Eccleſiam media nocte adire cõcluſit, vt affectũ deduceret in effectum: Determinato igitur tẽpore, cũctis neceſſarijs diſpoſitis, omni circumſpectione adhibita, Baſilicam per noctem cum ſuis ingreditur: Clauſis poſtea ianuis, ad locum eminentiorem, vbi nobile corpus humatum ſeruabatur, fodi cæptum eſt, ſed eodem inſtanti lux emiſſa cælitùs omnes Eccleſiæ angulos repleuit, ac veluti meridiani ſolis ſplendore tam atrium, quàm & contiguas habitationes clariſsimè perluſtrauit; Hoc repentino ac prodigioſo ſpectaculo, accreſcentibus continuò radijs non minus Regina, quàm Comites perterriti, ab incæptis deſtiterunt, eo magis, quia ſpiritu ſublimi, ac viua fide perpendebat pijſsima Adela, quòd cuncta taliter diſpoſita eſſent à diuina prouidentia, quæ ſicut locum illum prærogatiua martyrij eius inſigniri decreuerat, etiam patrocinio glorioſi corporis

poris orbari nolebat, talibus oſtenſis prodigijs. Porro deuotiſsima mulier, ſagaci prudentia, diuina ponderans magnalia, licet amantiſsimi Coniugis mæſta maneret diuortio, tam perſpicui tamen prodigij gratulabatur argumento, certiſsima iam ſe aduocatum efficaciſsimum apud Deum habere, cuius hoc ſignum ſanctitatis perſpiciebat exiſtere. Diuinis itaque virtutibus ceſsit oculata teſtis, & miſericordiæ ſempiternę, debitas vultu demiſſo genibuſque flexis lætabunda ſimul, & dolens grates reddidit. qualem nobis repræſentat Elnotus Cantuarienſis verſibus ſequentibus.

Elnot. Cāt. in elog. vit. s. Can.

Coniugis ad tumulum nobilis proſternitur, ipſam
Crebris perfundens profuſis fletibus humum,
Commendans quoque ſummo ſe precibus Domino,
Et ſua cuncta pium poſcens diſponere Chriſtum.

Denique ſui quondam Sancti Canuti cariſsimum corpus relinquens, lacrymis ibidem copioſè profuſis, gaudio ſimul & mærore affecta, ſurrexit, millies deoſculans ſepulchrum, ac Crucem Sanctam, pariterque ſacras reliquias dimiſſo vultu, humillimè reſalutans, corpore tandem ſe inde recepit, corde ſemper præſentiſsima, vtpotè

quòd

quod firmiſſimis indiſſolubilis in Sanctum Coniugem amoris nexibus implicatum aſſerebat. Poſt hæc cum filio Carolo, adhuc impubere, in Patriam eſt profecta, filia vtraque relicta in Dania, quarum Prior Ingherta nomine, Suecorum nobiliſſimo Fulconi, Matrimonio ſociata (Vnde Fulchungorum præclariſſima proſapia, iuxta annales Sueticos originatur) Saxonem, Benedictum & Canutum peperit: Altera verò Cæcilia dicta Errico Gothorum Præfecto deſponſata fuit: Addunt prætere a prædicti Annales, Inghertæ poſtmodum ex nuptijs filiorum, prçter cæteros, Birgerum Sueciæ Ducem obueniſſe Nepotem: Et Flandrica ſimiliter Chronica Arnulphum Danum nominant, ex ſorore Caroli natum, cui de iure poſt Carolum Auunculum Flandria debebatur, niſi obſtitiſſet Galliarum Rex vnà cum Gulielmo Normanno, qui in Coniugem acceperat Reginæ Galliarum ſororem, nomine Ioannam.

Digitized by Google

MAGNA ET INSOLITA penuria, poſt mortem Sancti Canuti, inualeſcit, necnon miracula & beneficia, Sancti meritis recepta, euidenter cognoſcuntur.

CAPVT XL.

Sax. Gram. lib. 11. Hiſt. Dan. f. 102.

PRæmemorato miraculo immediatè aliud, prodigioſum & commiſerandum, ſucceſſit, dum per omnes Regni partes, in quibus iniqua rebellium multitudo, furoris ſui venenum, aduersùs Principem Sanctum euomuerat, repentina irrepſit mutatio, Deo ita, ad iuſtam Regij ac innocentis ſanguinis vindictam, permittente. Cæpit enim tanta ingruere penuria, & graſſari peſtilentia, vt multi inedia confecti, & aëris ſqualore exanimati in terram corruerent; Alij, licet diuites, ad miſeriam & paupertatem redacti, viuẽtes inceſſanter morerentur in afflictionibus ſuis. Nobiles etiam, qui optatis vſque modò fertilium agrorum fructibus abundarant, vbertate in ſterilitatem ſummam mutata, cruciarentur pariter cum plebeis:

plebeis: Aer corruptus & infectus; cum armentis, ſimul partim debilitabat, partim exanimabat homines, etiam rubuſtiſsimos: Siluæ omni glandium, ſoliorumque fructu, & decore nudatæ ſqualebant: Mare piſcibus deſtitutum, omnium admiratione, piſcationes inutiles omnino reddebat, denique omnibus, ad ſuſtentationem vitę neceſſarijs deficientibus, verificabatur illud Ieremiæ: *Defecerunt in fame, in capite omnium platearum*, & alibi, *deuaſtata ſunt horrea, & defecerunt Apotheca*. Hoc totum Iſaacus Pontanus ſequenti methodo deſcribit. *Tanta non modò annonæ per vniuerſum Regnum caritas fuit, ſed ea etiam infelix aëris temperies, vt nec imbrem æſtus leniret, nec æſtus imbris illuuiem tolleret; Si quid Sol æſtiuo Cælo vix ęgrè produxiſſet, id autumnalis tempeſtas oppreſſit, adeo vt ſubſecuta continuò ſit tam inſueta frugum penuria, quæ inedia egenos paſſim necarit, locupletes verò ad egeſtatem perduxerit.* Et cum talis miſeria, ac deplorabilis penuria ad vicina Regna minimè ſe extenderet, apertiſſimè cognoſcebatur, hanc tam euidentem Cæli, terræque calamitatem, aliis meſſe abundantibus, Danis verò ſolis oppreſſis, ſic diuina permittente iuſtitia, in Paricidarum noxam & publicandam trucidati Regis innocentiam,

Thren. c. 2.

Iſaac. Pon. lib. 5. Hiſt. Dan. f. 200.

eſſe inflictam; Regionem quoque vniuerſam hoſtium metus inuaſerat, aduerſariorum indies incurſus pertimeſcentem, vt reliquas inter Regicidij
Sapien. c. 5. pœnas, etiam *pugnaret contra illos orbis terrarum.* Sueno autem Roſchildienſium Epiſcopus, qui iam vt ſumma authoritate, ac prudenti eloquio præditus, pœnam ingratis rebellibus debitam imminere præmonuerat, tam infelici calamitate perterritus, poſtquam Sacram Sanctiſſimæ Trinitatis Baſilicam, prodigiosè, vt ſupra dictum eſt, dirutam reſtaurauit, peregrè ad loca Sacra, & præcipuè Ieroſolymam inuiſendam profectus, in ipſa Rhodo, in pace feliciter obijt, ac animam, eximijs conſummatis operibus, vt piè credi poteſt, omnipotenti Deo reddidit, cuius etiam pietatem ſummopere Græcia admirata fuit; eiuſque cineres in ipſamet Rhodo ſeruati fuere.

Veneranda porro ac admirabilis trucidati Regis ſanctitas, miraculis ſigniſque declarata diuinis, magis ac magis vbique locorum innoteſcebat, & præcipuè ad pretioſum Sācti Martyris corpus crebreſcentibus prodigijs, præconia eiuſdem quotidie exaugebantur in ore omnium. Cęcis namque viſus reddebatur; Manibus areſactis vigor; Debilibus ac claudis gradiendi facultas; Leproſis mun-

dities;

Digitized by Google

dities; Infirmis cuiuſcunque generis ſanitas; & quidquid demum ſubſidij, per Sancti Canuti merita, populorum expetijt pietas, totum hoc, Deo annuente, inuicti Martyris contulit Sanctitas. Cum tanto animarum fructu, & Sancti Canuti venerationis incremento, vt plurima certatim è locis remotioribus ad ſacras haſce reliquias confluente magnitudine, omnes ſibi in Cælis ſingularem patronum, & Protectorem eligerent Sanctum Canutum.

OLAVS AD REGNI DOminium euehitur, Erricus autem de mala eiuſdem voluntate ſuſpicans, è Regno diſcedere ſtatuit.

CAPVT XLI.

HIſce ita tranſactis, aliqui Nobilium & rebellium iniquorum, ſumma adhibita diligentia, omnem mouerunt lapidem, vt Olaum, Danicè *Ole*, iam Sancti Canuti aduerſarium, è cuſtodia Flandrenſi liberatum, Patriæ reſtituerent;

Et cum

Et cum eodem tempore, de Rege ſibi eligendo di-ſceptarent, Erricum, Sancti Canuti partibus adhærentem, ab honore omnino excludendum, tanquam Regio dominio indignum, ſolumque Olaum de iure admittendum concluſerunt; Pacta itaque pecunia, ad eiuſdem redemptionem neceſſaria, Nicolaum fratrem in Flandriam mittendum curarunt; licet autem ipſe Nicolaus hoc onus non tam libenter ſuſciperet, nihilominus ad maiores ſceleſtorum hominum diſſenſiones, ac perſecutiones euitandas, aſſenſum præbuit, ac iter versùs Flandriam arripuit. Reuerſo poſtea Olao, ſtatim tam Nobiles, quàm Plebei eius adhęrentes, eidem, huius nominis ſecundo, Regium Diadema, viua voce clamantes, & exultantes, impoſuerunt. Quo facto non exiguum ſanè fraterni affectus ſpecimen Nicolaus edidit, dum fratrem pecunijs redemptum à vinculis, ad Regium faſtigium traduxit, vt ſe fratri ſubditum manciparet: Erricus verò electione ſecuta, ac feſtiuis oſtentationibus concurrentibus, memor compedum, quos mandante Sancto Canuto, ob perpetratum infidelitatis crimen, iniecerat Olao, vt prudenti conſilio omnia ſiniſtra euitaret, vitamque cum animi quiete conſeruaret, cum Coniuge Botilda, Nobiliſſimi

Sax. Gram. lib. 12. Hiſt. Dan. f. 201.

mi Turgot Sueci filia, & morum candore præclariſsima, cæteraque familia in Sueciam ſe quàm citiſsimè recepit. Porro licet Olaus ad ſupremum gloriæ, & celſitudinis gradum conſcendiſſet, ex carcere ad libertatem, ex vinculis ad dominium, ex ignominioſo ſtatu, ad præclarum Regni gubernium translatus; nihilominus eodem tempore vniuerſalem miſeriam & egeſtatem, necnon peſſimæ aeris influentiæ pœnam, quà etiam ipſe affiligebatur, experiens, omnia manifeſtis ſignis, miraculiſque euidentibus, ad vindicandum Sancti Canuti ſui fratris ſanguinem, diuina diſponente iuſtitia, inflicta recognouit; cum interna ac continua cordis mæſtitia: Vnde offenſam cum traditione, Sancto Principi illatam, mente fuſiùs perpendens, alia mala ventura pertimeſcebat, vt in eo verificaretur illud impiorum ſupplicium; de quo Spiritus Sanctus: *Fugit impius, nemine perſequente*: Paulo igitur poſt ad talem rei, & cibi familiaris, penuriam peruenit, vt in ſolitis regijs conuiuijs panis neceſſarius deficeret, prout Saxo Grammaticus hiſce verbis enunciat. *Rex Olaus diuinum Natalem celebrans, pane in Domo non ſupponente, cum ieiunos circumquaque Penates aſpiceret, erubeſcenda menſarum inopia magnopere confuſus, obducto* Prou. c.28. Sax. Grām. lib. 12. Hiſt. Dan. f. 102.

mani-

manibus capite, ſuffuſoque lachrymis vultu, per ſummam animi ægritudinem, temporis difficultatem gemitu proſecutus eſt.

EXTRAHITVR E' SEPVLchro Corpus Sancti Canuti, nouoque miraculo eiuſdem Sanctitas comprobatur, & ad Baſilicam Auſtralem transfertur.

CAPVT XLII.

POſtquam Deo dilecti Canuti, & Martyris egregij Corpus, in Eccleſiæ Sancti Albani Martyris crypta recluſum, octo annis requieuerat, Olao Regni ſucceſſore imperante, crebreſcentibus virtutum miraculis, communi conſilio, & pari totius Cleri, Miniſtrorum Ciuitatis Othoniæ, populique voto, annuentibus quoque vnanimiter Regni Archiepiſcopis & Epiſcopis, debita cum ſolemnitate venerabiles reliquiæ effoſſæ fuerunt, quæ poſtea ad maiorem ſanctitatis confirmationem, in ignem ardentem iniectæ,

Elnot. Canuar in elog. vit. s. Can.

quò

quò magis incendia inualeſcebant, eò magis illæſæ & intactæ conſpiciebantur, tanquam pueri in Babylonicam fornacem immiſsi, ſed citra omnem ſui lęſionem, dicente ſcriptura ſacra; *Non tetigit eos, neque contriſtauit flamina ignis*. Hoc inſigni & euidenti miraculo roborati, & conſolidati deuotiſſimi Præſules, debita cum pietate, honorificentia & pompa, eaſdem ex humili tumulo ſublatas, nobiliſsimo feretro impoſuerunt, omni Clero, Nobilibus, populiſque proceſsionaliter comitantibus, ad Baſilicam Auſtralem eiuſdem Ciuitatis Othoniæ, inſigni lapidea ſerie à fundamentis erectam deportarunt, vbi Saxeo Sarcophago corpus illatum, in crypta reconditum fuit. Huic ſolemniſsimæ translationi Rex Olaus adeſſe voluit, ſed ſancti corporis ſpectator indignus, improuiſa ægritudine oppreſſus, & nimia miſeria & peſtilentia afflictus, vita ſimul & Regno miſerabiliter exceſsit anno 1096. poſt decem gubernij annos, tempore Vrbani II, Summi Pontificis.

Daniel. c. 3.

Sax. Gram. lib. 12. Hiſt. Dan. f. 101.

Barô. t. 3. 11. fol. 568.

V ASSVMP-

ASSVMPTIO ERRICI III. ad Regni Dominium, Populi vniuerſi applauſu, quo facto, ſtatim per interceſſionem Sancti Canuti vindex pœna remittitur.

CAPVT XLIII.

OLao defuncto, qui velut omnium eo tempore ingruentium fons & origo calamitatum, populo iam exoſus & execrabilis erat; Erricum, Danicè *Erick*, fratrem, qui, vt ſupra memoratum eſt, metu Olai in Sueciam ſeceſſerat, omnium acclamationes & vota, Regem huius nominis III. pronunciarunt, anno 1096. tempore Vrbani II. Summi Pontificis, & Henrici III. Imperatoris; fuit autem Erricus tam naturali bonitate, excellenti indole & heroicis virtutibus præditus, vt meritò ab omnibus populis, *Bonus* per antonomaſiam vocaretur, imò in tanta eorundem erat opinione, inter miſerias, magnaſque penurias, in quas à multo tempore inciderant, vt lætabundi cum nouo Principe, omni tribulatione poſtha-

poſthabita, ſe nouum Cælum propitium, & benignum iam habere exiſtimarent; Neque ſpes eorum vacua in auras abijt; Quia ſtatim inuſitato prodigio, ac omnium ingenti admiratione, tempora mala & infelicia, in bona & proſpera, ſicuti quondam Salomonis, mutata fuere; Vnde quàm primum Cælũ illuxit tranquillum, Aer fauit ſerenus; Salubris animos erexit influentia; Rebelliones obmutuere; Iniquitates occubuere; Prata arridere virentia; Arbores luxuriari fructuosè; Horti cæperunt congratulari florentes; Ac multiplices mare parturire piſces, &, vt paucis concludam; tanta rerum omnium affluxit vbertas, vt ſinguli cuiuſque annonæ modij ſingulis dænarijs venirent. Hæc omnia bona ex improuiſo affluentia, & gratias ſingulares, Sancti Canuti meritis, nemo non aſſcribebat, tantò firmiori ac ſolidiori ſpe, alia deinceps maiora auxilia expectans, quantò penitius quilibet conſideraret, eiuſdem Sancti Martyris pietatem, charitate plenam, qua floruerat viuens. Erricus porro, vt referunt Hiſtorici, ea erat corporis ſpectata proceritate, vt vertices cæterorum humeris ſuis facilè excederet, tanta quoque vocis ſonoræ virtute, & in dicendo pollebat facundia, vt non ſolùm ab Aſtantibus, ſed

Sax. Gram. lib. 12. Hiſt. Dan. f. 205.

V 2 procul

procul etiam poſitis, liquidè audiretur; Quibus etiam accedebat ſingularis ad conciliandam ſibi vniuſcuiuſque beneuolentiam, gratia & manſuetudo; Nec vnquam è Procerum, aut popularium cætu ſolitus erat diſcedere, niſi ſalutatis ſingulis, &, vt ſuos quoque nomine ſuo, domi ſalutarent, benignè commonitis. Eodem porro initij regiminis tempore, cum iam nimium excreuiſſet per Olai Socordiam, Vandalorum inſolentia, adeo vt impunè per mare piratica exerceretur, in eos, & præſertim contra Iulinenſes, bellicam claſſem Erricus mittere decreuit, quæ ſtatim ac parata fuit, versùs Iulinum; qui locus ſeditionis caput erat, profecta ſoluit, eamque Ciuitatem arctiſſima obſidione circumcinxit, & licet nihil intentatum relinquerent obſeſſi, quo ſe defenderent, nihilominus eò tandem res deducta fuit, vt viribus præualente Errico, hi turpiter partim fugam arripuerint, partim in manus inimicas inciderint, quos Erricus ſingulos, iuxta delicti cuiuſque grauitatem puniuit: vniuerſali inſuper Iulinenſibus impoſito tributo, annuè ſoluendo, perpetuam criminis memoriam reliquit: Alij quoque diuerſis cruciatibus afflicti, nonnulli palo alligati, viſceribus exectis, aliqui alio ſæuitiæ genere trucidati,

dati fuere. Vnde Liemarus Archiepiſcopus, cui omnes Aquilonares Eccleſiæ parebant, his, aliiſ-que occaſionibus excitatus, Erricum Regem ana-thematе ferire conſtituit; Quod idem Erricus animaduertens ad Vrban. II. tūc tēporis Summ. Pont. ante latam ab Archiepiſcopo ſententiam, appellauit, vnde Romam ſolemni comitatu digreſſus, coram maximo Pontifice ita cauſam egit, vt Archiepiſcopi accuſatione, liquidiſſimis rationibus confutata, Domum Regiam actore ſuperior recedierit; Nec eo contentus, iterum Romam profectus, & ad pedes eiuſdemmet Pontificis genuflexus, ab eodem obtinuit, vt Eccleſiæ Danicæ, Saxonico iugo liberatæ, proprium Archiepiſcopū acciperent, cui Sedes in Eccleſia Scandinauiæ Lundenſi attribueretur, allatis præcipuè rationibus, commodiùs edoceri populum per ſuæ gentis homines, qui linguam, mores, ingenia cuiuſcumque noſſent, quàm per exteros, & longè diſſimiles.

Baron. li. 12 fol. 636.

Sax. Grām. lib. 12. Hiſt. Dan. f. 301.

Iſaac. Pont. lib 5. Hiſt. Dan. f. 207.

REX

REX ERRICVS LEGATOS ad Summum Pontificem tranſmittit, circa miracula Sancti Canuti eundem inſtructuros, qui poſtea in Patriam reuerſi, in ſolemni Synodo, Canutum Sanctum Martyrem declarant.

CAPVT XLIV.

REx interea Erricus, ſumma prudentia præditus, dum ad pretioſi Martyris reliquias multiplicarentur miracula, & militis Sancti præconia superni Regis dilataret potentia, inſignium prodigiorum ſtabili fundamento, tam vtilitati publicæ prouidere, quàm cultui fidelium pro viribus cooperari cupiens, ad Vrbanum II. Legatos tranſmiſit, vt euidentia miracula ac beneficia, pijs hominibus collata & deuotus populorum ſanctificationem vrgentium, concurſus, eidem innoteſcerent. Hi igitur prædicta omnia authenticis atteſtationibus confirmata, Summo Pontifici de-

ſici detulere, quibus ſufficienter inſtructus, Canutum in Sanctorum Martyrum catalogum, pro maiori Dei gloria transferre dignaretur. Quibus omnibus ad eiuſdem Summi Pontificis pedes expoſitis, & debita forma expletis, authoritatem neceſſariam ad ſingula, circa vitam & miracula Sancti Canuti, diſcutienda & determinanda ab ipſomet Pontifice, ſic diuina permittente clementia, expeditè receperunt; fama enim Sanctitatis euidentibus ſignis comprobatæ vndequaque percurrebat, quæ iam etiam in literis Gregorij VII. ſupramemoratis ſatis indicata fuit. Legati igitur in Daniam reuerſi, hilari corde, omnia Romæ peracta, & à Summo Pontifice obtenta Errico Regi retulerunt, cuius poſtea iuſſu, Archiepiſcopis & Epiſcopis, per circuitum commorantibus, in Eccleſia Auſtrali Othoniæ congregatis, Religioſorum ordinum viris venerandis quàmplurimis, ſynodali more aſſiſtentibus; Legati mandata denunciarunt, ac ſimul legationis ſigna demoſtrarunt. Principalioribus igitur rerum geſtarum articulis palam prolatis, atque prælectis, necnon Regijs commiſsionibus, per internuncios facundè explicatis, omnibuſque ad cauſam attinentibus maturè diſcuſsis, immenſas omnipotenti Deo gratias

perſol-

uerunt, qui in diuerſis & remotis mundi partibus, electos ſuos glorificando, manifeſtat. Demum ingenti gaudio ac ſumma pietate, communi conſilio & pari omnium voto, Regem Canutum meritis cumulatum, Sanctorum in Cælis Martyrum collegio, Summi Pontificis Vrbani II. Authoritate, adſcribi decreuerunt. Quo peracto, populi vndequaque exultantes, & vera animi conſolatione excitati, ad maiorem Sancti Canuti gloriam, ſolemnia feſta celebrarunt, tanquam debitam Canuti Sanctitati retributionem: teſte namque Regio Pſalte; *Hæc eſt gloria omnibus Sanctis eius.*

Elnot. Cantuar. in elog. vit. s. Can.

Pſalm. 149.

CONCEDITVR FACVLTAS per omnes Regni partes conſtruendi Eccleſias, & Altaria erigendi in honorem, & titulum S. Canuti Martyris.

CAPVT XLV.

Declaratione publicæ venerationis, Sancto Canuto debitæ, ſecuta, ac relatu virtutum ipſius; & Apoſtolicæ exinde confirmatio-

mationis corroboratione latius volitante, iniqua iam perſequētium opinio omnino deleta fuit: vnde incredulitate ſuppreſſa, religioſitate fideliū triumphante, cum immenſę pietatis ſignis, ſtatim Baſilicæ, eius glorioſo nomini dicandæ, mirabili induſtria conſtruebantur. Altaria, Auri, argentique vaſculis, pretioſiſsimiſque donis ditata erigebantur, prædijs ac redditibus ſuperadditis. Item per totius Regni loca, quæ diuinis exercitijs apta deſeruire poſſent, numerus Sacerdotum & Clericorum, ad Sancti Canuti cultum amplificandum opportunus augebatur. Quibus pijs operibus, ſinceri velut culparum pænitentes, vniuerſali veneratione perſecutionem iniuſtam compenſabant, vt, quemadmodum ad necem Principis ſancti, iniuſto plurimi conſpirauerant conſilio, ita iam communi vniuerſorum conatu, ſingulis in locis debitum deuotionis frequentaretur obſequium, nullo non euidenter cognoſcente, quia hæc eſſet *Mutatio dexteræ excelſi*. Hiſce pręclaris honoribus & admiranda miraculorum fama commoti tam vicini, quàm remotiores populi, Nobiles ſimul & ignobiles, ad Sancti Canuti aduolarunt ſepulchrum, deuotionis ſuæ quique ſigna deferentes, ac pretioſa munera conſecrantes, vt eiuſdē Sancti Canuti ſuffra- Pſalm. 76.

ti ſuffra-

ti ſuffragia humillimè depoſcerent, & impetrarent. Ad quantam verò gloriam Regnum Daniæ, inter alia Aquilonaria Regna, pretioſiſsimæ Sancti Martyris reliquiæ euexerint, non eſt, vt pluribus explicem ego, Iſaaco Pontano ſequentibus nos deſuper verbis, ex Saxone Grammatico deſumptis, informante. *Verum ſacra eius exiguo Othoniæ Oppidulo orta, toto penè terrarum Orbe fulſerunt, cultuſque ipſius Sancti Canuti primùm à Ciuibus exceptus, paulatim in commune prorepſit. Cuius tam vitæ, quàm miraculorum virtutem, priuatim Othonienſibus venerandam, publica exinde Religio conſecrauit. Sed & cæleſtem eius ſpiritum ad hoc vſque tempus, fælix ſignorum fortuna proſequitur. Hinc eſt, quod Canutus diuini iam animi immortalitate potitus, vt terreſtribus Patriam patrocinijs attollere ſtuduit, ita cæleſtibus protegere non deſiſtit; Ideoque Sanctitas eius gloriæ, & celebritatis fructu opulentiſſima ſplendidum in faſtis locum obtinet. Quin etiam ſalutares actus ſuos quotidianis adminiſtrat indicijs, malitiamque Patriæ beneficijs penſat; Nam virtutibus eius inſignibus omnis Ætas Danica gloriabitur.*

Isaac. Pont. lib. 5. Hiſt. Dan. f. 200.

Sax. Grãm. lib. 12. Hiſt. Dan. f. 201.

ADELA

ADELA OLIM S. CANVTI Coniux, auri, argenti, gẽmarumque pretioſarum copiam ad eius Sepulchrum tranſmittit, quibus arca conficitur, vbi eiuſdem Sancti reliquiæ includuntur.

CAPVT XLVI.

PIjſſima Adela Sancti Canuti Coniux, dum iuxta ſuorum conſanguineorum conſilium, magno Principi Apuliæ Duci Matrimonio coniuncta eſſet (quod Dux ipſe præuijs multiplicatis inſtantijs, ad maiorem ſuæ conditionis ſplendorẽ votis plurimis exoptarat) ſui chariſſimi Cõiugis haud immemor, auditis etiã vndequaque miraculis, necnon honoribus munificentiſſimis, quos Sancto Martyri ſumma populorum deuotio exhibebat, ne ipſa etiam pietate, beneuolentia, ac debito obſequio foret inferior, aurum, argentum, nec non pretioſiſſimas gemmas ad eiuſdem ſepulchrum tranſmitti curauit, vt, cui adhuc viuenti pudicis Coniugis affectibus decenter adhæ-

ti ſuffragia humillimè depoſcerent, & impetrarent. Ad quantam verò gloriam Regnum Daniæ, inter alia Aquilonaria Regna, pretioſiſsimæ Sancti Martyris reliquiæ euexerint, non eſt, vt pluribus explicem ego, Iſaaco Pontano ſequentibus nos deſuper verbis, ex Saxone Grammatico deſumptis, informante. *Verum ſacra eius exiguo Othoniæ Oppidulo orta, toto penè terrarum Orbe fulſerunt, cultuſque ipſius Sancti Canuti primùm à Ciuibus exceptus, paulatim in commune prorepſit. Cuius tam vitæ, quàm miraculorum virtutem, priuatim Othonienſibus venerandam, publica exinde Religio conſecrauit. Sed & cæleſtem eius ſpiritum ad hoc vſque tempus, fælix ſignorum fortuna proſequitur. Hinc eſt, quod Canutus diuini iam animi immortalitate potitus, vt terreſtribus Patriam potrocinijs attollere ſtuduit, ita caleſtibus protegere non deſiſtit; Ideoque Sanctitas eius gloriæ, & celebritatis fructu opulentiſſima ſplendidum in faſtis locum obtinet. Quin etiam ſalutares actus ſuos quotidianis adminiſtrat indicijs, malitiamque Patria beneficijs penſat; Nam virtutibus eius inſignibus omnis Ætas Danica gloriabitur.*

Iſaac. Pont. lib. 5. Hiſt. Dan. f. 200.

Sax. Grām. lib. 12. Hiſt. Dan. f. 201.

ADELA

ADELA OLIM S. CANVTI Coniux, auri, argenti, gēmarumque pretioſarum copiam ad eius Sepulchrum tranſmittit, quibus arca conficitur, vbi eiuſdem Sancti reliquiæ includuntur.

CAPVT XLVI.

PIjſſima Adela Sancti Canuti Coniux, dum iuxta ſuorum conſanguineorum conſilium, magno Principi Apuliæ Duci Matrimonio coniuncta eſſet (quod Dux ipſe præuijs multiplicatis inſtantijs, ad maiorem ſuæ conditionis ſplendorē votis plurimis exoptarat) ſui chariſſimi Cōiugis haud immemor, auditis etiā vndequaque miraculis, necnon honoribus munificentiſſimis, quos Sancto Martyri ſumma populorum deuotio exhibebat, ne ipſa etiam pietate, beneuolentia ac debito obſequio foret inferior, aurum, argentum, nec non pretioſiſſimas gemmas ad eiuſdem ſepulchrum tranſmitti curauit, vt, cui adhuc viuenti pudicis Coniugis affectibus decenter adhæ-

ſerat, eum iam à ſæculo ſequeſtratum, ac ſuperis aſſociatum, muneribus ſaltem pijſque donarijs tranſmiſſis, honoraret. Hæc autem dona, Errici Regis mandato, aſſeruata fuere, & poſtea etiam Humbaldi Epiſcopi, ac eodem tempore Summi Pontificis Paſchalis II. à latere Legati conſilio, ex ijſdem Arca nobiliſſima exſtructa fuit, vt inter alios refert Elnotus Cantuarienſis modo ſequenti.

Elnot. Cantuar. in elog. vitæ S. Can.

Oſſibus Arca ſacris, inſigni ſchemmate facta,
Conficitur, puro, nitidi, fuluique metallo,
Cæruleis Croceis pulchrè decorata lapillis,
Quò poſſent Sancti iam pignora ſancta recondi.

Anno autē 1102. & Sexto Magnifici Regis Errici, congregatis vniuerſis Daniæ Archiepiſcopis, & Epiſcopis, cum multitudine Cleri, & populo innumerabili, in Eccleſia Auſtrali Othoniæ, vbi, vt ſupra memorauimus, eiuſdem ſancti reliquiæ translatæ fuerunt, aſſiſtentibus quoque ipſomet Errico Rege ac Humbaldo Epiſcopo, pretioſas Sancti Martyris reliquias ex Saxeo Sarcophago aſſumptas, atque è crypta, vbi hactenus ſeruatæ fuerant, eleuatas, ad inſtar niuis candidas, ſolemnibus laudibus, & ingenti lætitia, omnibus comitantibus, idem Humbaldus Epiſcopus 13. Kalendas Maij, pretioſiſſimo ſerico inuolutas, in eadē Arca recōdidit epitaphio, ſequēti ſimul impoſito.

Iam

Iàm Cælo tutus ſummo cum Rege Canutus
Martyr, inaurata Rex, atque reconditur Arca, Iſaac. Pont. lib. 5. Hiſt. Dan. fol. 199
Et pro iuſtitiæ factis occiſus iniquè,
Vt Chriſtum vita, ſic morte fatetur in ipſa.
Traditur à proprio, ſicut Deus ipſe miniſtro,
Et patiens potum, telorum pertulit ictum,
Lancea necne latus, vt Chriſti perforat eius;
Eius & ante ſacram ſanguis ſacer effluit aram;
Spiritibuſque ſacris, moriens, ſociatur in aſtris.

Oſſibus itaq; ſacris, dicta cum ſolemnitate decenter collocatis, pretioſa cæleſtis theſauri Arca in ſacro Altari, & in eminentiori loco Eccleſiæ, eidem dicatę repoſita fuit, vbi inter alia, ad pleniorem fidelium confluentium ſatisfactionem & Iubilum, ſumptuoſiſſimum ſimul & pretioſiſſimum, ac exquiſitis magnificum ornamentis erectum eſt Altare, quod vario, curioſoque artificio magnam miraculorum multitudinem diſtinctè repræſentabat; Eodem tẽpore punctualis & exacta obſeruantia, ac debitum Apoſtolicæ ſedi obſequium, per omnes Regni Daniæ partes enituit, vt Paſchalis II. Summus Põtifex literis Apoſtolicis, ad Archiepiſcopum Colonienſem directis, comprobauit de anno 1102. Vbi inter alia, ſequentia verba leguntur. *Paſchalis &c. Archiep. &c. Nunquid vltra vos Saxones, Danique* Barõ. lib. 12 fol. 11

conſi-

conſiſtunt, & tamen eorum Metropolitani, & idem iuramentum aſſerunt, & Legatos Apoſtolicæ Sedis honorificè tractant, & in ſuis neceſſitatibus adiuuant, & Apoſtolorum limina per legatos ſuos non tantùm per triennium, ſed annis ſingulis viſitant &c.

REX ERRICVS AVDIENS BOtildam ſuam Coniugem, Ieroſolymis mortuam eſſe, ipſe corde contritus eò proficiſcitur.

CAPVT. XLVII.

EOdem anno 1102. ad Errici Regis aures peruenit, quòd Regina Botilda, ſua Vxor, Ieroſolymis, poſt longum voluntariç peregrinationis iter, è viuis ſublata fuiſſet. Hæc autem præclara & pijſsima Mulier, vt Saxo Grammaticus, Helmoldus & Ioannes Vaſtouius teſtantur, raræ atque admirandæ patientiæ exemplo, ſingularique temperantię beneficio, necnon omnium virtutum cumulo ornata, poſteritati inſignem nominis ſui reliquit memoriam: Inter alia, cum Rex, cæterum laudatiſſimus, vinculorum coniugalium impatiens, adulterinis pellicum raperetur amoribus, quas in proprio palatio ſub miniſterij prætextu aſſeruabat Regina

Ioã. vaſton. in vit. ss. Aquil. fol. 621

gina

ginaBotilda adeò tantã mariti inſolentiã inuicta, ſu-ſtinuit mente, vt puellas, quas ab eo adamari obſeruabat, ne clariſsimum Principem turpitudinis reũ culparet, cum alius modus malo medendi nullus occurreret, ſinceræ dilectionis officijs proſequeretur: Vnde meritò in opinione Sanctitatis deceſsit, eiuſque corpus honorificentiſsimè in Valle Ioſaphat reconditum fuit, pro quo latius remitto beneuolum Lectorem, ad Ioannem Vaſtouium, qui eandem Sanctorum Aquilonarium vitis interſerit. Erricus igitur, veræ compunctionis ſtimulo commotus, ad exemplum ſuæ Coniugis, Regni gubernium Nicolao fratri ſuo relinquere, & Palæſtinam, diuinę diſpenſationis memoria venerabilem, ſuſcepto religioſæ peregrinationis propoſito, adire ſtatuit: promiſsione Deo inſuper facta, ſe præteritorum criminum ex toto corde pænitere, ac ſpretis omnibus mundi oblectamentis, ſuæ diuinæ Maieſtati, totis viribus inſeruiturum, prout exitus docuit: nam iter lõgum & difficile aggreſſus, multis terra, marique ſuperatis laboribus, priùs Cyprũ, poſtea Ieroſolymam attigit, vbi rigida & continua pęnitentia extenuatus, votum lętus, ſicut & Botilda compleuit, & ex hac vita mortali, in opinione ſanctitatis decedens, ad ſempiternam, vti piè creditur,

Sax. Grãm. lib. 12 Hiſt. Dan. f. 203.

Elmold. in Croñ. Sclauorum.

Sax. Grãm: lib. 12. Hiſt: Dan. f. 206.

Digitized by Google

ac cæleſtem gloriam translatus fuit, dicente miſericordiarum Patre: *Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores*: Acceſsit autem ad comprobandam vtriuſque Beatitudinem, miraculum euidens, ab ipſomet Iſaaco Pontano relatum, nempe quód Cypria tellus, quæ antea humanorum cadauerum fuerat impatiens, Errico & Botilda ibi funeratis, nec aliorum exinde corpora reſpuerit.

S. Matth. 9. Iſaac. Pont lib 5. Hiſt. Dan. f. 204.

NICOLAVS ERRICI FRATER ad Regni gubernium extollitur, & ſtatim in Ciuitate Othoniæ, Eccleſiam & Monaſterium Monachorum Benedictinorum, in honorem Sancti Canuti Martyris exſtrui imperat.

CAPVT XLVIII.

STatim ac ad Regnum Daniæ, importuna Errici Regis glorioſæ mortis fama euolauit, maxima omnium mæſtitia, & lachrymarum ſuſpiria manſuetudinem, pietatem, variaſque alias defuncti Principis dotes prodiderunt: Nicolaus, Danicè *Niels*, autem eius frater anno 1107. ad Regni

Regni faſtigiũ vniuerſali applauſu aſſumptus fuit, Rex huius nominis primus, bonitate & prudentia, Sancto Canuto ac Errico fratribus, nequaquam impar. Ipſe etenim initio Imperij, ad pacis ac ſummæ pietatis opera conuerſus, Eccleſiam & Cœnobium Benedictinorum, in memoriam & honorem Sancti Canuti, Othoniç exſtruxit, allaborante etiã, inter cæteros, Epiſcopo Humbaldo, maximaque exinde ipſum ordinem liberalitate eſt proſecutus, multis bonis, ac redditibus eundem locupletans, vt hiſce pijs operibus, ſummam, quàm de Monachorum Benedictinorum Sancta Religione haberet æſtimationem, publicè demonſtraret, quam etiam Paſchalis II. Summus Pontifex ſummopere commendauit, qui mittens ad eum Anagnia literas, per Bullam Pontificiam, eiuſdem Monaſterij immunitates approbauit, & ſtabiliuit. Vxorem poſtea habuit Nicolaus Rex Margaretam Ingonis IV. pientiſsimi Suecorum Regis, ac Helenæ filiam, quæ Nicolao Coniuge in pietatis operibus minimè inferior, imò alacri animo, diuini Cultus ſtudioſiſsima; & in Eccleſijs dotandis, ornandiſque liberaliſsima exſtitit; Diuinarum ædium opes, non ſolùm latifundijs & redditibus auxit, ſed & totis viribus ad augendum eorum ſplendorem incubuit, ſacerdotaliſ-

Sax. Grām. lib. 12. Hiſt. Dan. f. 208.

Iſaac. Pont. lib. 5. Hiſt. Dan. f. 205.

Y quę

Digitized by Google

que cultus inopiam exquiſito ornamentorum ge-
nere locupletauit: Enimuero quo rem diuinam or-
natiorem efficeret, Altarium ſplendorem, varios
Crãt. in ſua Dan. lib. 5. cap. 6. ſacerdotum amictus, albas, caſulas, Presbiterorum
veſtimenta tam in ſacrificijs, quàm in alijs Eccle-
ſiaſticis functionibus, adhiberi ſolita, necnõ ſacro-
rum vaſorum apparatum, & reliquam Eccleſiæ ſu-
pellectilem affatim cõparare, atque diuinis vſibus
Ioſ. Magn. Hiſt. Goth lib. 18. c. 14. impendere ſtuduit. Nepotum ſuorum inſidioſam
rabiem conſilio temperare, ac diſciplina tranquil-
lare ſciuit. Ad extremum letifero morbo correpta,
dum in ſtabilienda Patriæ pace & propinquorum
concordia ſarcienda, ſolerter verſaretur, pijs plena
Ioã. vaſtou. in vit. ss. Aquil. f. 64. operibus, ſancto fine quieuit, anno 1130. tempore
Innocentij II. ſummi Pontificis; quam Ioannes Va-
ſtouius in Catalogo Sanctorum Aquilonarium cõ-
memorat; Nicolaus duos filios habuit Ingonem,
qui adoleſcens ab equo contritus fuit, & Magnum,
qui proditoriè Canutum, noſtri Sancti Nepotem,
interfecit, vt infra in Genealogia explicabitur.

Hiſce Coronidem impono, neque latiùs Dani-
corum ſucceſſuum ſeriem pertexo; Etenim non a-
lius mihi propoſitus eſt ſcopus, quàm Sancti Regis
inuictiſsimi Martyris Canuti ortum, educationem,
morum integritatem, innocentiſsimam vitam, &

glorio-

Digitized by Google

glorioſiſſimã mortẽ,pro maiori Dei gloria sãctorũ veneratione,proximiq;ſalute in pręſẽti libro propalare:Quibus elucidandis (id quòd hiſtorijs familiare eſt)quia plurimũ ſuffragabatur magnificèq; fauebat notitia Genealogię S.Canuti, quoad diuerſos cõsãguineorũ gradus,eorũq;qualitates,ideo iuxta quod huic intẽto meo opportunũ ſimul &neceſſariũ duxi, horũ etiã pręclara opera,mores,vitã & mortẽ ſobriè inſerui.Pręcipuèautẽ lectorẽ attẽtũ deſiderarim,circa vitã alterius Canuti,noſtri sãcti ex fratre nepotis, Sleſuicienſiũ Ducis, Danicè *Førſte*, ac Obotritorũ Regis,qui pariter interSanctos Martyres recolitur, vt tali methodo,omnis cõfuſionis & æquiuocationis occaſio tollatur;ſicuti iã cõtigit in aliqua hiſtoria, cuius nomẽclaturã modeſtus ſupprimo,in qua Canonizatio Secũdi Canuti Primo tribuitur,vt ſequenti capitulo magis clarè dilucidabitur.

GENEALOGIA S.CANVTI M. Regis Daniæ, vnà cum conſanguineorum eius ſanctitate, indicatur.

CAPVT XLIX.

CAnutus Magnus Rex Daniæ,ac noſtri Sancti Auus,iam ab initio præmemoratus, qui in-

ter alia heroica ac ſublimia opera: Angliã ſubiugauit, Vxorẽ habuit Emmã, S. Ethelredi iã Cõiugem, & S. Eduardi Matrem, qui ambo Reges fuerũt Angliæ. Ex ſorore prædicti Canuti Magni, nomine Eſtridis vel Eſtrita, nobiliſſimi Principis Vlphonis Coniuge, genitus fuit Sueno Eſtritius, noſtri S. Canuti Pater, qui poſt Magnũ, cognomẽto Bonum, ex Noruegia S. Olai filium, ad Regni Daniæ dominiũ conſcendit: De quo ſancto, vt Saxo Grãmaticus, & Iſaacus Põtanus referunt, inter alia vnum mirabile, piũ, ſimul & curioſũ, in gratiã lectoris & per modũ trãſitus ſubiũgo. Anno 1098. Magnus Rex Noruegiæ, volẽs explorare incorruptionẽ eiuſdem S. Olai Regis & Martyris, præcepit aperiri ſepulchrũ: Epiſcopo autẽ & Clero reſiſtẽte, ipſe Rex audacter acceſſit, & vi regia aperuit; Cumque & oculis vidiſſet & manibus attrectaſſet incorruptum corpus, ſtatim timor magnus irruit in eũ, & magna cũ feſtinatione diſcedẽs, ad regiũ palatiũ rediјt: ſequẽti nocte ipſemet Sãctus Olaus, ei per viſũ in ſomnio apparuit, dicẽs: Elige tu vnum è duobus, vel vitã cũ Regno intra triginta dies amittere, vel à Noruegia diſcedere & eã amplius nũquam videre: Expergefactus Rex à sõno, vocauit ad ſe Principes & Maioresnatu, eiſq; viſionẽ expoſuit, illi autem cõterriti, ad vitã Regis

conſer-

conſeruandam conſuluerunt ei, vt ſtatim de Noruegia exiret: Tunc Rex ſine mora fecit coadunari claſſem centum quinquaginta nauium, & ad orcadas inſulas transfretauit, ſubiugatis poſtea illarũ populis, denique multo tempore elapſo, in Inſula S. Patritij, quietè ac laudabiliter dies compleuit. Rex Sueno filios habuit plurimos (inter quos quinque poſt ipſum, Daniæ Reges fuerunt, videlicet Haraldus, Sanctus Canutus, Olaus, Erricus, & Nicolaus) ac etiam filiam Sirítham inter alias, Godeſchalcho, Slauorum Principi, matrimonio coniunctam, qui cõſilio & auxilio Suenonis Regis, vti ſupra memorauimus, infinitam paganorum multitudinem, ſuo inſigni conatu ſubiectam, ad fidem cõuertit, licet poſtea ab aliquibus paganis vterque trucidatus fuerit. Sanctus Canutus cum Adela, Roberti Flandriæ Comitis filia, matrimonio ſociatus, tres proles progenuit, vnam nomine Inghertam, aliam Cæciliam, & Carolũ, qui vt iam ſupra indicauimus, à Baldouino filio Roberti Flandriæ Comitis, Patris Adelæ, necnon Mariti clementiæ, ſororis Caliſti II. Summi Pontificis, totius Principatus ex aſſe hæres inſtitutus fuit, qui poſtquam annos octo, Flandris, cum ſumma iuſtitiæ ac clementiæ laudẹ, præfuiſſet, necnon probis moribus & virtu-

virtutibus præclariſſimis enituiſſet, in æde Donatiani, Brugis à Coniuratis manu paricidiali vulneribus confoſſus, animam Deo reddidit; Vnde poſtea glorioſi martyrij corona laureatus, in ſanctorum Martyrum numero adſcribi meruit. Erricus duos filios ſpurios habuit, videlicet Haraldum & Erricum, & cum Sancta Botilda ſua Coniuge vnum legitimum procreauit, nomine Canutum, qui Sleſuicienſium Dux fuit, & anno 1133. à Lothario Imperatore, media aliqua pecuniæ cõpenſatione, Obotritorum ſeu Vandalorum Regnum obtinuit, licet aliqui Hiſtorici veritati magis inhærẽtes, ob ſuam prudentiam & morum integritatẽ, ad hoſce honorum apices eum ſublimatum aſſerãt. Fuit autem hic ſecundus Canutus, Nepos ex fratre noſtri S. Canuti, ac ei omnino cõſimilis, itaut abſque vlla alia cognitione, ex operibus vtriuſq. clarè hoc percipi potuerit, dum etiam membrorũ compagine fortis, animi generoſitate præclarus, graſsãtes Regni prædatores debellans, ſemper intactam ſuis populis libertatem ſeruauit: ſummopere etiã honorem Dei, ac ſubditorum beneficiũ zelabat: Eximius iuſtitię cultor, qua, fraternę charitatis virtute concomitante, virtutes præmijs cõpenſabat, delictaq. puniebat: Spiritualibus exercitijs incumbens,

Ioan. Bolan. lib. 1. c. 7. fol. 400

bens, exactè in Eccleſia diuinis Officijs aſsiſtebat, pauperes eleemoſynis ſubleuabat, ſuoſq. populos ſumma cum prudentia & vigilantia gubernabat, vnde tot virtutũ cumulis, Deo & hominibus gratus fuit: ſed poſtea inuidia, ac dominij ambitione præualente, à Magno ſuo fratre conſobrino, & Cõiuratis proditoriè, in loco Carnificinæ deſtinato, vulgo Hareſtadium, Danicè *Hareſted*, trucidatus fuit, vt hiſce verbis Saxonis Grammatici, à Io: Bolando relatis, vnà cum miraculo declaratur. *Canutus, parente iam dolo, manum capulo inferens, vagina ferrum abſtrahere conabatur, cum eum Magnus capitis media diffiſſum exanimat: Cæteri Coniuratorum proſtratum crebris confodere cuſpidibus: ſanguis eius terræ redditus, ſalutarem fontis ſcatebram perpetuis vſibus mortalium adminiſtrat, in oppido Hareſtadij non procul à Roſchildia.* Exſtitit igitur hic ſecundus Canutus, martyrij gloria, noſtro Sancto Canuto ſuo Patruo æqualis, & in Sanctorum Martyrum Catalogo adſcriptus fuit: Vnde Baronius ait: *Habes ex eodem authore duos Canutos Sanctos, Auum alterum, Patrem alterum Vualdemaris Regis Daniæ, quem Alexander Tertius, precibus eiuſdem Vualdemari, aquè in albo Sanctorum Martyrum, tempore Friderici Imperatoris Decimi, adſcripſit Canutum Regem,* Baró: tõ: 12 fol. 116:

Patrem

Patrem eiuſdem vvaldemari. Quam declarationem ſecũdi Canuti, iuſſu eiuſdem Pontificis, Stephanus Archiepiſcopus Vbſalenſis, & Eſchillus Archiepiſcopus Lundenſis fecerunt Anno 1171.

Ex huc vſque dictis, circa vitam & miracula Sancti Canuti, glorioſi Martyris Regis Daniæ, necnõ ſuorũ, affinitate ſanguinis ſibi cõiunctorũ, qui, vt ſupra memorauimus, ob Sanctitatem, Martyriũ necnon ob præclariſsima geſta, memorabiles ſe & admirabiles reddiderunt, perfectionis *ſpectaculum facti Deo, & hominibus*: Vnuſquiſque ingentem Regni illius gloriam, & felicitatem, iiſdem obtentã temporibus, arguere poteſt: de quo tanta iure meritiſsimo habenda eſt exiſtimatio, vt, citra omnem controuerſiam, cenſeatur, tum famæ, tum fortunæ nobilitate, omnia alia Aquilonaris Imperij Regna antecellere. Ne verò & nos in debitis noſtræ pietatis deficiamus obſequijs, cum Eccleſiaſtico: *Laudemus viros glorioſos, parentes noſtros in generatione ſua, dominantes in poteſtatibus, homines magna virtute & prudentia præditos, homines diuites in virtutibus, pulchritudinis ſtudium habentes, pacificantes in Domibus ſuis, viros miſericordiæ, quorum pietates non defuerunt.*

Eccleſ: 44.

Fuit denique Anno 1641. in Eccleſia noſtra San-

Sanctæ MARIÆ Tranſpontinæ, erectum Sacellum, in honorem eiuſdem Sancti CANVTI Martyris, Regis Daniæ, virtute decreti Sacræ Rituum Congregationis, inſtante humiliter Domino Canonico Chriſtiano PayngK Dano, auxilio & cura Ioannis Baptiſtæ Pamphilij, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, & tunc temporis, ſupra negotia ad Regnum Daniæ ſpectantia, conſtituti, qui poſtea ad Pontificiam Sedem aſſumptus, felicis recordationis Innocentius Decimus vocatus fuit; Quod Decretum etiam promptè confirmatum fuit ad Vrbano Octauo Felicis memorię & die ſeptima Ianuarij, eiuſdem Anni, iuxta Martyrologium Romanum in eademmet noſtra Eccleſia, prima Feſtiuitas Pontificiè celebrata fuit, aſſiſtente Sacro Eminentiſſimorum Cardinalium Collegio, cum vniuerſali applauſu ſummaque Vrbis Romæ lætitia, quam innumerabilis populorum frequentia, luminaria, Machinæ curules, & ignes artificiales per duos continuos dies, necnon plurima alia verę pietatis ac venerationis, tam glorioſo Sancto debita obſequia, ſatis ſuperque comprobarunt. Debemus igitur ibidem & noſtras preces ſupplices nos effundere, votaque noſtra offerre, præcipuè in die feſtiuitatis, quæ

Digitized by Google

ſingulis Annis, eadem die ſeptimà Ianuarij celebratur, certiſsimi, nos non ſolùm inferiores antiquis Daniæ populis, ſed certè æquales ac ſuperabundantiores etiam gratias, media Sanctiſsimi Regis, & Martyris CANVTI efficaciſsima interceſsione, recepturos.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

INDEX

Digitized by Google

INDEX CAPITVM,

QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

PECVLIARES prærogatiuæ, & Excellentiæ Regni Daniæ. Caput 1. pag. 1.
Gratia, & ſpeciale priuilegium populorum Daniæ, eò quòd primum diuinæ lucis radium incunctanter amplectantur. Caput 2. 6.
Inſignes triumphi, ac mirabiles virtutes Canuti Magni Regis Daniæ, S. Canuti Aui. Caput 3. 19.
Victoriæ obtentæ à Duce Suenone, Sancti Canuti Genitore, in prælijs contra Magnum Regem Daniæ, & Haraldum Regem Noruegiæ habitis, item eiuſdem Suenonis euectio ad Dominium trium Regnorum. Cap. 4. 33.

Rex Sueno ducit in Vxorẽ Giutã, ſuã conſobrinã, ſed à Sũmo Põtifice monitus, ſtatim eã repudiat. C. 5. 35
Suenonis Regis probitas, ſpiritualibus ac Eccleſiaſticis operibus magis eluceſcit. Cap. 6. 39
Mirabilis Epiſcopi Gulielmi zelus, & publica Regis Suenonis pęnitentia, ob homicidiũ, eius iuſſu in atrio Eccleſiæ perpetratum, vbi poſtea ipſemet Rex ab Epiſcopo abſoluitur. Cap. 7. 45
Suenonis Regis mors, & ab eodem, Canuto & Haraldo filijs memorabilia documenta relicta. C. 8. 50
Exequiæ Suenonis Regis, ac prodigioſa Epiſcopi Gulielmi mors, & vtriuſque in Eccleſia Roſchildiæ tumulatio. Cap. 9 51
Viſio prodigioſa, ac miracula ſecuta in remotione oſſium Epiſcopi Gulielmi. Cap. 10. 55
Inter Canutum, & Haraldum, & inter populos contentio ob Regni ſucceſſionem, ad quod poſtea Haraldus euehitur. Cap. 11. 60
Haraldi Regis bonum goberniũ, eiuſq; mors. C. 12. 62
Dotes pręcipuę, ſublimeſq; virtutes S. Canuti. C. 13. 64
Aſſumptio Canuti Sancti ad Regnum Daniæ. C. 14. 67
Magna continentiæ, ac pietatis S. Canuti virtus, & ad inſtantiam Nobilium conſulentium, eiuſdem cum Adela matrimonium contractum. Cap. 15. 71
Sanctus Canutus zelũ magnũ oſtendit, circa obſeruãtiã præceptorum Dei & Eccleſiæ. Cap. 16. 76
Sancti Canuti Confeſſiones Sacramentales quotidianę, Ieiunia, ac mortificationes. Cap. 17. 78
Petitio auxilij Bellici à s. Canuto pro Anglorũ defẽſione & ad ipſorũ inſtãtiã bellica arma diſpoſita. C. 18. 81
Notitia Gulielmi Regis Anglię circa bellicos appara-

tus

tus Daniç, eiuſque vigilantia adhibita pro Regni defenſione. Cap. 19. 85
Perfidi, & infidelis Olai germani fratris à Sancto Canuto Rege defectio. Cap. 20. 86
Cōmiſſiones à s.Canuto,militię officialibus trāſmiſſę ac eorum tumultus ob Olai moram. Cap. 21. 88
Sanctus Canutus SleſuicK aggreditur,vbi Olaū reperit, qui criminis reus carceri mancipatur. Cap.22. 90
Militaris Claſſis tumultus quieſcit, poſtea verò eiuſdē nouę ſupplicationes ad S.Canutū ablegātur.C.23. 92
Sanctus Canutus ſuos ſubditos ob inobediētiā & rebellionem reprehendit,ac decreta aliqua pęnalia ad eorum mulctam promulgat. Cap. 24. 94
Populi rebellio ob decimarum ſolutionem, necnon ob alias pænas à Sancto Canuto præſcriptas. C.25. 98
Sanctus Canutus populorum tumultum recognoſcit,ac animo intrepido pro exactione decimarū denuo inſiſtit. Cap. 26. 100
Sanctus Canutus ob populorum rebellium perſecutionem diuerſa loca petit. Cap.27. 104
S.Canutus Ciuitatē AcKersburgh aggreditur ac in Villa Epiſcopi moratur,vbi poſtea populus rebellis accurrit,publicæ quæ hoſtilitatis actus exercet.C.28. 107
Canutus Sanctus ſuę vitæ diſcrimen agnoſcit, & immanitate populi perdurante,Reginam ſuam Coniugem, vt ſuam patriam repetat,adhortatur. Cap. 29. 110
Sanctus Canutus Ciuitatē Vvisbergh, ac poſtea Fioniā petit,vbi eandē patitur perſecutionem. Cap.30. 113
Sāctus Canutus ciuitatē Othonię ingreditur,vbi ſtructa à Pibo eius Regio Miniſtro proditionis fraus innoteſcit. Cap. 31. 116

Iniqui-

Iniquitas populi augetur,& Sanctus Canutus Eccleſiã S.Albani Martyris petit,ibique ſacrum audit, & Sacramento Altaris munitur. Cap.32. 120
Populi conatus,vt parietes Eccleſiæ infringat, ac mors prodigioſa Pibi à dæmonibus obſeſſi. Cap.33. 123
Martyrium S.Canuti,qui multis vulneribus confoſſus, tandem brachijs ad modum Crucis diſtenſis, ac latere lancea perforatus occumbit. Cap. 34. 125
Erricus S.Canuti frater,ac alij Adhærentes Regis Sãcti necẽ vindicare conantur,& licet pauci, nihilominus rebellium excidio, victores euaduat. Cap.35. 132
Populus ferinam barbariem exercet cõtra Benedictum S. Canuti fratrem, necnon contra eius Cõmilitones adhuc ſuperſtites,& Eccleſiam ſupellectili ſacra exſpoliat. Cap.36. 134
Populus paricida in publicis plateis exultat, attentans detractionum opprobrijs Canuti Sanctitatem obſcurare,quæ tamen,diuina diſponente prouidentia,vbique magis eluceſcit. Cap. 37. 137
Sedantur tumultus,& Clerus S.Canuti, Benedicti eius fratris,& commilitonum corpora tumulat.C.38. 140
Regina Sancti Albani Eccleſiam de nocte petit,vt corpus Sancti Coniugis ſuis è ſepulchro ereptũ ad propriam patriam transferat, ſed euidenti mota miraculo, intentionem mutat. Cap. 39. 142
Magna,& inſolita penuria poſt mortem S.Canuti inualeſcit,necnon miracula,& beneficia sãcti meritis recepta euidenter cognoſcuntur. Cap. 40. 146
Olaus ad Regni dominium euehitur, Erricus autem de mala eiuſdem voluntate ſuſpicans, è Regno diſcedere ſtatuit. Cap. 41. 149

Extrahi-

Extrahitur è ſepulchro corpus S. Canutiſnouoque miraculo eiuſdem ſanctitas comprobatur, & ad Baſilicam Auſtralem transfertur. Cap. 42. 152
Aſſumptio Errici III. ad Regni dominium populi vniuerſi applauſu, quo facto ſtatim per interceſſionem Sancti Canuti vindex pæna remittitur. Cap. 33. 154
Rex Erricus Legatos ad ſummum Pontificem trãſmittit, circa miraculi ſancti Canuti eundem inſtructuros, qui poſtea in Patriam reuerſi, in ſolemni ſynodo Canutum Sanctũ Martyrẽ declarant. C. 44. 158
Conceditur facultas per omnes Regni partes cõſtruẽdi Eccleſias, & Altaria erigendi in honorem, & titulum Sancti Canuti Martyris. Cap. 45. 160
Adela olim S. Canuti Coniux, auri, & argenti, gemmarumque pretioſarum copiam ad eius ſepulchrũ trãſmittit, qnibus Arca conficitur, vbi eiuſdem Sancti Reliquiæ includuntur. Cap. 46. 163
Rex Erricus audiens, Botildam ſuam Coniugem Ieroſolymis mortuam eſſe, ipſe corde contritus, eò proficiſcitur. Cap. 47. 166
Nicolaus Errici frater ad Regni gubernium extollitur & ſtatim in Ciuitate Othoniæ Eccleſiam, & Monaſterium Monachorum Benedictinorum in honorem S. Canuti Martyris exſtrui imperat. Cap. 48. 168
Genealogia S. Canuti Martyris Regis Daniæ vna cum cõſanguineorũ eius ſanctitate indicatur. C. 4. 171

FINIS INDEX CAPITVM.

REGE-

REGESTVM.

*, **. A B C D E F G
H I K L M N O P Q R
S T V X Y Z.

Omnia ſunt ſolia ſimplicia:



R O M Æ,

Typis Iacobi Fei Andreæ Filij. M. DC. LXVII.

De facultate Superiorum.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

7